Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0001-8

Q. D. B. V.

# DISSERTATIO JURIDICA SEPTIMA,

ad

# CONSTITUTIONES ELECTORALES DIVI AUGUSTI,

De

# PROBATIONE, QVÆ FIT JURAMENTO PURGATORIO, SUPPLETORIO, CREDULITATIS, &c. nec non PRIORITATE CREDITORUM IN BONIS DEBITORIS,

Ad Part. I. Conſtit. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII.

*Quam*

*Indultu Magnifici JCtorum ordinis*

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI,

*PRÆSIDE*

WERNERO THEODORO MARTINI, J. U. D. & P. P.

CONSILIARIO ELECT. SAXONICO.

*publicæ ventilationi exponet*

In Auditorio JCT. ad diem Anno 1683.

JOHANNES ANDREAS NICOLAI, Hallâ-Saxo.

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0002-4

DISSERTATIO VII.
ad

# CONSTITUTIONES ELECTORALES SAXONICAS
# *DIVI AUGUSTI*

RESPONDENTE
JOHANNE ANDREA NICOLAI,
Hallâ-Saxone.

---

## *PARTIS PRIMÆ,*
### CONSTITUTIO XXII.
### Ob das Juramentum purgationis in cauſis civilibus ex officio dem Beklagten kônne aufferlegt werden?

OB wohl das Juramentum Purgationis fürnemlich in Peinlichen und in Ehe-Sachen aus Richterlichen Ambt / da es gleich nicht gebeten / dem Beklagten / wo eine Rechtliche Verdacht wieder ihn außgeführet / kan aufferleget werden. So hat es doch Zweiffel / ob ſolches aus beweglichen Urſachen / auch in cauſis civilibus, geſchehen kônne. Man hat ſich aber verglichen / daß juſta ex cauſa civilibus, ſolches Juramentum ex officio, ein Richter befugt ſeyn ſol zu erkennen / Als wenn der Klâger hâtte eine groſſe Verdacht bewieſen / und es wâren grôſſere Urſachen / das Juramentum Purgatorium dann Suppletorium zu ſprechen / ſo ſolte dem Beklagten dieſer Eyd in ſolchen und dergleichen Fâllen zuerkant werden / darbey Wir es auch bleiben laſſen.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0004-5

# NOTÆ.

*Not. I. Connexio & Argumentum Conſtit, 22.*

Not. I. Poſtqvam Legislator Saxonicus in præcedentibus Conſtitutionibus pleraqve recenſuit, qvæ ad formandum & abſolvendum Proceſſum ſolennem in cauſis ordinariis & Judiciis Saxonicis reqviruntur, nempe modum proponendi in Judiciis, oblationem Libelli, variarum Exceptionum allegationem, Litis conteſtationem, Probationem & Reprobationem, Sententiam Judicis, ejusqve Leuterationem & Appellationem & ália, qvæ ad ordinem Judicii ſolennis ſpectant, jam nonnullis qvibusdam Conſtitutionibus explicat, qvid faciendum ſit Judici, ſi neqve teſtibus, neqve inſtrumentis Actor probaverit intentionem ſuam, num tunc ſemper Reus ab actione ſit abſolvendus, ſi nempè plenè non ſit probatum? Vel qvid faciendum ei, ſi Actor qvidem plenè non probet intentionem ſuam Teſtibus vel inſtrumentis productis, Semiplenè tamen probaverit, vel multas præſumtiones & indicia allegaverit contra Reum & qvæ militant pro Actore? Et qvamvis nonnulli Doctores ſint, qvi ſemiplenam probationem à Judice prorſus negligendam eſſe, & rejiciendam ſtatuant, & ita ſemiplenam probationem pro verâ probatione non habeant, nec pro ſpecie probationis agnoſcant, adeoqve Reum hoc caſu, qvando Actor plenè non probavit, potiùs abſolvendum eſſe, qvam ex ſolis indiciis & præſumtionibus condemnandum aſſerant, in *Diſputatione* tamen *IV. not. 5.* Pluribus demonſtravimus, diſtinctionem probationis, in plenam & ſemiplenam, Praxi judiciorum omninò eſſe receptam, neqve ſemiplenam Probationem, qvamvis illa ad deciſionem cauſæ plenè non ſuppetat, â Judice penitus eſſe negligendam vel rejiciendam, ſed ſi præ-

ſum-

ſumtio pro Actore ex Actis & probatis elici & deſumi poſſit, qvod ipſius aſſertio veritati ſit conſentanea, e. g. Si unicô teſte juratô, vel documentô veriſimili demonſtrata, tunc ad artificialem poteſt progredi Judex probationem, & Actori *Juramentum ſuppletorium* injungere, de qvô dicemus in Conſtit. ſeq. XXIII. Ita porrò ſi multa ex Actis & Probatis adſint contrà Reum indicia & præſumtiones, qvod qvamvis ille neget, ſe rem ita, prout Actor aſſerit, habere, Actoris tamen Aſſertionem eſſe probabilem, tunc Judex Reo juramentum purgatorium imjungere poteſt, anteqvam Reum penitus abſolvat. De qvo *Juramento purgatorio* & num illud non ſolum in cauſis criminalibus, ſed etiam etiam civilibus ex officio à Judice Reo injungi poſſit? *Præſenti agitur Conſtit. XXII.*

Not. 2. Qvod juramentum purgatorium in cauſis criminalibus Reo à Judice poſſit imponi, hactenus nemo Doctorum in dubium vocavit, modò talia indicia adſint contrà Reum, qvibus criminis, cujus incuſatur, veriſimiliter Reus haberi poſſit, cum interſit Reipubl. ne delicta maneant impunita, qvod contingeret, ſi indiciis non levibus gravati Rei, nec tamen plenè convicti & confeſſi protinus eſſent abſolvendi. Nec obſtat, qvod melius ſit nocentem abſolvere, qvàm innocentem condemnare, cum hæc regula obtineat, ſi Reus criminis incuſatus, neqve confeſſus ſit, neqve convictus, neqve indiciis prægnantibus oneratus. Uti tamen in omnibus juramentis, ita qvoqve in hôc juramento purgatorio circumſpectè & cautè procedendum eſt, ne facilè illud adhibeatur in cauſis criminalibus, in qvibus ad pœnam corporis afflictivam perveniri poteſt, in his enim delictis Majoribus, ſi accuſatus non levibus

*Not. 2. Qvomodo Juramentum Purgatorium in Cauſis Criminalibus imponi poſſit à Judice?*

*Juramentum Purgatorium injungi non poteſt, ſi crimẽ ſecum ferat pœnam corporis afflictivam*

vibus indiciis ſit gravatus, non facilè admittitur ad præſtandum juramentum purgatorium, cum magna ſuſpicio ſit contrà eum perjurii, ſi ei concederetur ſangvinem ſuum & vitam juramentô redimere, ſed tunc Judex aliô experiri mediô probationis & artificio ad eruendam veritatem uti poteſt, nempè Reum ſubjiciendo *Torturæ vel qvæſtioni*, prævio tamen reſponsô Prudentum, qvâ de re alibi, ubi agetur de criminibus in parte nempè IV. noſtrarum Conſtitutionum, pluribus dicetur. In ſolis itaqve criminibus levioribus, & qvæ pœnam corporis afflictivam non inferunt, Judex pervenire poterit ad juramentum purgatorium, ſi plenè Reus criminis non ſit convictus, indiciis tamen & præſumtionibus nonnullis gravatus, qvod non ſolum approbatur Jure Civili & Canonico *cap. ult. de Jure Jur.* Ubi expreſsè dicitur, qvod ad deducendam ſuam innocentiam vel Reo vel Actori poſſit injungi Juramentum, adde Legem *22. C. ad L. Cornel. de falſis. ſed & Jure Saxonico, qvo Juramentum purgatorium* in cauſis criminalibus locū habere diſertè teſtatur noſtra *Conſtitutio*, qvæ tamen hoc addit reqviſitum, ut adſint contrà Reum legitima indicia. Neqve Judex expectare debet petitionem Actoris, ſed ex officiô illud injungere poteſt, ob indicia, qvæ adſunt, Verba initialia hujus Conſtitutionis hæc ſunt: Ob wohl das Juramentum Purgationis fürnehmlich in Peinlichen unſ in Ehe Sachen aus Richterlichen Ambt / da es gleich nicht gebeten / dem Beklagten / wo eine Rechtliche Verdacht wieder ihn außgeführet / kan aufferlegt werden. Deficientibus enim indiciis & præſumtionibus, tutius eſt Reum abſolvere, qvam inutili Juramentô onerare. Sic porrò dubium nullum eſt, qvin in actione injuriarum crimi-

*In cauſis Criminalibus levioribus locū habet Juramentum Purgatorium ſi adſint Indicia.*

mi-

minaliter intentata adhiberi poſſit juramentum purgationis, *Carpz. Conſt. 22. Part. 1. def. 2.* Uti etiam in criminalibus cauſis inuſitatum non eſt, ut admittatur Reus ad Juramentum Purgatorium, ſi prætendat, ſe crimen aliqvod ad corporis ſui defenſionem commiſiſſe. Et effectus qvidem Juramenti purgatorii præſtiti in eo conſiſtit, ut Reus abſolvatur, ſi verò injunctum purgatorium jurare detrectaverit, habeatur pro confeſſo & condemnetur. Cæterum num ille, qvi præſtitit Juramentum purgatorium, ab expenſis inſimul liberetur, non unanimis Doctorum eſt opinio. *JCti Lipſienſes* affirmant, cum *Carpzovio part. 1. Conſt. 22. def. 17.* Doctores noſtri Collegii Juridici Wittebergenſis cum Antonio Fabio ſentientes, Reum ab Expenſis non abſolvunt, qvamvis præſtiterit Juramentum purgationis, ſi cauſam dederit inqviſitioni & non levia militent contrà eum indicia. Sed hæc ad Partem ſpectant criminalem IV.

*Locum habet Juramentum Purgatorium in Actione criminali injuriarum.*

*Effectus Juramenti Purgatorii præſtiti vel recuſati.*

*Ab expenſis qvomodo liberetur qvi juramentum purgatorium præſtitit?*

Not. 3. In *cauſis matrimonialibus* locum qvoq; eſſe Juramento Purgationis, expreſſis verbis aſſerit Autor Conſtitutionis noſtræ **In Ehe Sachen**, ita qvidem, ut ex officio injungi poſſit illi Parti, qvæ negat qvidem, ſe matrimonium promiſiſſe, multis tamen præſumtionibus onerata eſt. Nec obſtat, qvod Pars parti in matrimonialibus juramentum contrà matrimonium deferre non poſſit, ne litigantium arbitrio committatur diſſolutio matrimonii, neqve impedit, qvod ſuppletorium juramentum non facile locum inveniat. *cap. 34. X. de Jure Jurando.* Cujus rei ratio datur, ne aliqvis nolens volens, contrâ qvem juratur, deficientibus aliis Probationibus, in vincula matrimonii detrudatur. His enim non obſtantibus defendi debet Legis-

*Not. 3.] Qvomodo injungi poſſit Juramentum Purgatorium in Cauſis Matrimonialibus.*

*Rationes Dubitandi.*

gis-

*Rationes decidendi.*

gislator noſter, qvi ſtatuit in matrimonialibus Juramentum purgationis locum habere, *Carpzov. ad hanc Conſtit. banc* dat rationem, ut Reus deterritus juramento purgationis, Matrimonium, qvod ab alterâ Parte promiſſum eſſe affirmatur, fateatur, atqve in illud conſentiat, & ita in jure Saxonico communi Juramentum purgationis locum habet, ſi ille, qvi promisſionem matrimonii negat, ſtuprum autem factum eſſe confiteatur, aſſeritqve *Carpz. Part. 1. Conſt. 22. def. 5. qvod* ex præſumtionibus & indiciis Stupri tàm ſuper ſtuprô, qvàm matrimoniô promiſsô à Judice ex officio injungi posſit in Cauſis matrimonialibus *Juramentum Purgationis.* Cæterum cum hæc res periculi plena ſit contrà matrimonium admittere juramentum purgatorium circumſpectè & cautè hàc in re procedendũ eſt, ne facilè admittat illum, qvi multis oneratus eſt, indiciis, & qvamvis regulariter ſuppletorium non admittatur in matrimonialibus ob anteà allegatam rationem, ne invitus qvis cogatur ad matrimonium contrahendum. Attamen memini in Conſiſtorio Eccleſiaſticô Wittebergenſi admiſſum nonnunqvam fuiſſe ad juramentum ſuppletorium Actorem, qvi plus, qvàm ſemiplenè promisſionem matrimonii probaverat, non attentò eô, qvod Reus vel Rea ſe ad juramentum purgatorium obtuliſſet, multis indiciis gravati, in dubio enim magis pro matrimonio, qvàm contrà matrimonium pronuntiandum eſt. Neqve verò onerandus qvidem eſt Reus juramentò purgatoriò in matrimonialibus, ſi vel nulla, vel levia ſaltem adſint promisſi matrimonii indicia. Et Jure *novisſimo Saxonico Electorali* ne qvidem pro ſufficienti Judicio ad Juramentum purgatorium habetur, qvamvis aliqvis ſtuprum confiteatur, factam

*Juramentum ſuppletorium interdum prævalet Purgatorio in cauſis Matrimonialibus.*

*Novella Deciſio 81. non onerat juramẽto*

factam autem promiſsionem matrimonii neget, extat hâc de Qvæſtione noviſsima Deciſio Sereniſſ. Electoris JOHANN. GEORGII II. 81. cujus verba integra hic allegare non pigebit, cum illis ipſis diverſa opinio Doctorum Saxonicornm ſit Lege publicâ ſopita: Wenn ſich einer zur Schwängerung bekennet / die Eheliche Zuſage aber verneinet / ob ihme das Juramentum purgationis, daß er dabey die Ehe nicht verſprochen / auffzuerlegen ſey?

*P·gatorio R·um ob factã promiſsionem Matrimonii, qvamvis Stuprum confiteatur*

Hierinn ſeynd ſo wohl unſere Conſiſtoria, als Juriſten Collegia bißhero ungleicher Meinung geweſen. Etliche haben dafür gehalten / daß wenn einer der Fleiſchlichen Vermiſchung geſtändig / Er ſo dann vermittelſt ſeines Cörperlichen Eydes / daß er der geſchwängerten die Ehe nicht verſprochen / ſich zu reinigen ſchuldig ſey / Es hätte denn der Stuprator mit einer notoriè bezüchtigten leichtfertigen Perſon zu thun gehabt / oder welche ſonſten alſo beſchaffen / daß aus dem bekandten Stupro gantz keine præſumtion der verſprochenen Ehe wieder . Jhn zu faſſen ; Andere aber darauff beſtanden / daß auff die bekandte Schwängerung / wegen verſprochener Ehe / das Juramentum purgationis, wenn nicht noch andere gnugſame Vermuthung und Verdacht verhanden / nicht auffzuerlegen ſey. Inmaſſen auch bißhero unſer Ober Conſiſtorium in ſolchen Fällen unterſchiedlich alſo geſprochen hat. Wann wir uns dann die letztere Meynung unter andern auch darumb gefallen laſſen / daß dergleichen leichtſinnige Leute nicht Urſach nehmen / durch ihr unzüchtiges Leben deſto eher in Eheſtand zukommen / ſo

wollen wir / daß derſelben in andern Collegiis auch nachgegangen werden ſolle. Et tantum de Juramento Purgatorio, qvod à Judice injungitur ex officio in cauſis criminalibus & matrimonialibus.

*Not. 4. Num in cauſis Civilibus Judex ex officio poſſit injungere Juramentum Purgatorium? A.*

Not. 4. Progredimur nunc ad qvæſtionem in Conſtitutione noſtrâ propoſitam & deciſam, qvæ hæc eſt: *An Juramentum purgationis in cauſis civilibus ex officio Reo imponi poſſit?* Qvod ipſum affirmatur, ſi juſta adſit cauſa, e. c. Si Actor contrà Reum multa indicia alleget & probet, & majores ſint cauſæ, Juramentum purgatorium Reo, qvam ſuppletorium actori injungere. Verba noſtræ Conſtitutionis ſatis perſpicua ſunt: So hat es doch Zweiffel / ob ſolches aus beweglichen Urſachen / auch in cauſis civilibus geſchehen könne. Man hat ſich aber verglichen / das juſta ex cauſa in civilibus, ſolches Juramentum ex officio, ein Richter befugt ſeyn ſoll zu erkennen. Als wenn der Kläger hätte eine groſſe Verdacht erwieſen / und es wären gröſſere Urſachen / das Juramentum purgatorium, dañ ſuppletorium zuſprechē / ſo ſolte dem Beklagtem dieſer Eyd in ſolchen und dergleichen Fällen zu erkant werden / darbey wir es auch bleiben laſſen;

*Juſtæ cauſæ Juramentum purgatorium deferendi arbitrio Judicis relictæ.*

Qvænam autem ejusmodi juſtæ cauſæ ſint, ob qvas juramentum ex officio purgatorium in civilibus cauſis vel Actori vel Reo injungi poſſit, cordati Judicis arbitrio relinqvendum, qvi æſtimabit, num magis locum habeat juramentum ſuppletorium vel purgatorium. Varii nempè caſus recenſentur *à Berlichio. Part. 1. Concl. 54.* qvibus juramentum ſuppletorium locum non habet, qvibus caſibus Reus ſtatim abſolvendus non eſt, ſed pro Juramento ſupple-

pletorio injungi ſolet Reo juramentum Purgationis. Sic multæ aliæ cauſæ ſunt, qvibus Reus etiam in Civilibus cauſis innocentiam ſuam juramentô purgatorio docere & evincere cogitur juſſu Judicis. Exemplis res fit manifeſta. Si qvis opponat Exceptionem, qvæ in animo cõſiſtit, nempè fortè ignorantiam rei alicujus, tunc ignorantiam prætendenti à Judice imponi poteſt juramentum purgatoriũ, qvô Conſcientiam ſuam ab omni ſcientiâ liberet & purget, qvod maximè verum eſt, ſi emptor rei furtivæ ignorantiam prætendat. Ita qvoqve, ſi aliqvis litigantium neget, ſe documentum habere, vel aliqvam rem, qvæ ab eo petitur, contrà qvem militet præſumtio, qvod habeat, tunc juramentum purgatorium ei injungi poteſt. Daß er das geſuchte Document nicht habe / noch gefährlicher weiſe von Händen abkommen laſſen. Et qvæ aliæ ſunt cauſæ, qvæ commovere poſſunt judicem ad injungendum juramentum purgatorium etiam in civilibus cauſis. Coronidis loco illud cum *Carpzovio* addimus huic Conſtitutioni noſtræ, qvod ille, cui injunctum eſt juramentum purgationis, illud evitare poſſit, ſi probationem in ſe ſuſcipiat ob textum expreſſum in ord. Proc. tit. 19. §. Wenn nun einem Vers. Als wenn einem das juramentum Purgatorium &c. Uti etiam juramento Purgatorio jam præſtito novæ & contrariæ Probationes opponi poſſunt. *Heigius Part. 1. Q. 40. n. 40. Anton. Faber. in C. Lib. 4. tit. 1. def. 5. n. 2.*

*Juramentum Purgatorium Probationibus elidi poteſt.*

*Novæ probationes admittuntur contra Juramentum Purgatorium præſtitum.*

## *Part. I. Constitutio XXIII.*

## Ob Juramentum Suppletorium in Acten ſoll gebeten werden / oder ob es ex officio zu erkennen?

Hierinnen iſt auch wiederwertig geſprochen / denn etliche ſind der Meinung bißhero geweſen / der Richter könne dieſen Eyd / damit einer die halbe Beweiſung erſetzet / oder ſupplirt / da es gleich in den Acten nicht gebeten / erkennen. Etliche aber haben das Wiederſpiel gehalten und nemlichen / daß es nicht zu ſprechen / es wäre dann von den Partheyen geſucht und gebeten. Wir laſſen uns dißfals die erſte Meynung gefallen / und wollen / daß in des Richters Macht ſtehen ſoll / ſolches neceſſarium juramentum ſuppletorium, weñ es aus den Acten befunden wird / daß es geſchehen möge / dem Part aufzulegen / und zu erkennen / ſolches ſey in Actis gebeten oder nicht / darnach ſich unſere Hoff-Gerichte / Juriſten, Faculteten und Schöppen-Stüle / in Urtheiln / richten und halten ſollen.

NOTÆ.

*Juramentum Suppletorium jure Civili vocatur Neceſſarium, opponitur voluntario.*

Not. 1. Altera Species Probationis artificialis illa eſt, qvæ fit per *juramentum ſuppletorium*, ejusmodi juramentum in Jure Civili vocatur *neceſſarium*, & opponitur *voluntario*, qvod nempè à Parte Parti defertur, & vocatur aliàs etiam litis Deciſorium, de qvo plura diximus circà Conſtitutionem *XIII. XIV. XV.* Hoc juramentum *ſuppletorium vel neceſſarium*, de qvô præſenti locô agimus, non à parte, ſed ipſô judice, prævià cauſæ cognitione, uni alicui litigantium, intentionis ſuæ confirmandæ gratiâ defertur, qvod nonnulli Doctores vocant etiam *Judiciale*, qvod in judicio à judice uni partium deferatur. Nobis perinde eſt, num vocetur *Neceſſarium* an *Judiciale*, nos manebimus in termino *Juramenti ſuppletorii* ſecundum ductum noſtræ Conſtitutionis, de cujus naturâ & reqviſitis pauca attingemus.

*Judiciale unde dicatur.*

Not. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0013-5

Not. 2. Hoc *juramentum ſuppletorium* prævià cauſæ cognitione à Judice illi litiganti injungitur, qvi intentionem ſuam ad minimum *ſemiplenè* probavit. *L.admonendi.ff. & L. 3. & ult. C. de Jurejurando.* Nec intereſt, num Judex ſit ordinarius, vel delegatus. Qvando autem *ſemiplenè* ſit probatum, circa materiam de Probationibus diximus. Plerunqve illud ipſum judicis arbitrio committendum eſt. Illud extrà controverſiam eſt, qvod ſi parum vel nihil probatum ſit, Judex hoc juramentum ſuppletorium vel neceſſarium injungere Parti non poſſit, deſcribitur enim in noſtrâ Conſtitutione juramentum ſuppletorium, qvod illud ſit, qvo aliqvis ſemiplenam probationem ſupplet & qvaſi eô ipsô plenam conſtituit, ein Eyd / damit einer die halbe Beweiſung erſetzet / oder ſuppliret.

**Not. 2.** ***Juramentum ſuppletorium ſemiplenam præſupponit Probationem.***

Not. 3. Præſenti noſtrâ Conſtitutione imprimis illa *Qvæſtio & controverſia* à Sereniſſ. Legislatore deciditur: *Numne judex Parte non petente ex officio illi, qvi ſemiplenè ſaltem probavit, Juramentum ſuppletorium deferre vel injungere poſſit? An verò neceſſario ab ipſis litigantibus in Actis peti debeat?* Hæc qvæſtio & controverſia inſignis admodum jamdudum ventilata fuit inter Interpretes *juris Civilis*, tum etiam Juris Saxonici. Et recenſet *Fachinæus lib. 1. controv. 16.* tres diſtinctas ſuper hâc Qvæſtione Doctorum opiniones. Nec enim defuerunt, qvi acriter defenderunt, hoc juramentum à Judice ex officio, Parte non petente injungi non poſſe, inter qvos primum locum obtinet ipſe *Fachinæus* modò allegatus. Et inter JCtos Saxonicos inventos qvoqve qvam plurimos eſſe, qvi huic ſententiæ ſubſcriberent, Sereniſſimus Legislator innuit, hiſce verbis initialibus: Hierinnen iſt auch wiederwärtig ge-

**Not. 3.** ***Num parte non petente judex alicui Suppletorium Juramentum injungere poſſit?***

***Sententia Variorum Dd. pro Negativa.***

geſprochen/ denn etliche ſind der Meinung bißhero geweſen / der Richter könne dieſen Eyd / damit einer die halbe Beweiſung erſetzet / oder suppliret / da es gleich in Acten nicht gebeten/ erkennen / Etliche aber haben das Wiederſpiel gehalten/ und nemlichen / daß es nicht zu ſprechen / Es wäre denn von den Partheyen geſucht und gebeten. Prævaluit tamen illorum Doctorum opinio, qvi affirmant & ſtatuunt, Judicem ex officio Parte non petente, alteri litigantium injungere poſſe ſuppletorium juramentum, qvamvis ipſa Pars non petierit, neqve ſe obtulerit, qvæ Sententia, tanqvam æqvior à variis JCtis fuit approbata, partim Interpretibus Juris Civilis, partim Saxonici, variisqve argumentis & rationibus corroborata. Poſtmodum autem à *Sereniſſ. Legislatore* AUGUSTO hâc Lege & Conſtitutione publicâ confirmata, cujus verba finalia hæc ſunt: Wir laſſen Uns dißfals die erſte Meinung gefallen / und wollen daß in des Richters Macht ſtehen ſol / ſolches neceſſarium Juramentum ſuppletorium, wenn es aus den Acten befunden wird / daß es geſchehen möge / dem Part aufſzulegen und zuerkennen / ſolches ſey in Actis gebeten oder nicht / darnach ſich unſere Hoffgerichte / Juriſten Facultäten und Schöppenſtühle / in urtheilen richten und halten ſollen.

*Dd. Sententia pro Affirmativa prævaluit & hâc Conſtitutione confirmata eſt.*

Not. 4. Laudat & comprobat hanc Conſtitutionem D. AUGUSTI *Ummius Diſp. ad Proc. 14. th. 13. n. 72.* Illamqve variis rationibus defendit, & à contradictione aliorum propugnat, inſimulqve oſtendit, hanc opinionem in *Camera qvoqve Imperiali* eſſe receptam. Operæ pretium erit Autoris verba, qvibus utitur, hîc apponere: *Adhuc tamen opinor, ſi reliqva concurrant, Judicem etiam*

**Not. 4.** *Ummius laudat & comprobat hanc Conſtitutionem Electoralem.*

*non*

*non reqviſitū uni litigantium hoc juramentum rectè deferre. Qvam ſententiam in piis cauſis & miſerabilibus perſonis admittit Beuſt. in d. l. admonendi. num 437. atqve ita qvondam Dresdæ pronuntiatum refert. Mihi dubium non eſt, ejusmodi cauſas & perſonas plurimis gaudere privilegiis, opinor tamen illam ſententiam non tam ex privilegio, qvam Jure communi promanaſſe. Qvod ipſum probè intellexiſſe videntur, qvicunqve Sapientisſimo Electori* AUGUSTO *autores fuere, ut Conſtit. 23. p. 1. ſanciret, imò poſſe judicem ſemper illud juramentum deferre, qvotiescunqve ex actis conſtaret, ipſi locum eſſe. Et cur non poſſet? Præſertim cum ipſius officium ſit litium compoſitioni ſtudere.* Hactenus *Ummius*, qvi ibidem ex *L. 3. C.* de Jurejurando contendit, judicem neceſſum habere, ſi qvidem ex Actis ipſi conſtet, juramento huic locum eſſe, ut id uni litigantium deferat, ex qvibus juſtitia noſtræ Conſtitutionis ſatis liqvet. Qvam etiam pluribus deducit *Mollerus ad hanc Conſtitutionem n. 6. & ſeqq.*

*Debet & neceſſe habet judex, ſi ſemiplenè probatum, hoc juramentum deferre.*

Not. 5. Non tamen hæc Conſtitutio noſtra ita interpretanda eſt, ut officium judicis, qvô injungitur ejuſmodi juramentum ſuppletorium, excludat petitionem ipſius Partis, cum illud litigantibus liberum ſit, & non malè videntur rebus ſuis conſulere, ſi facta ſemiplenâ probatione ſeſe offerant ad juramentum ſuppletorium: **Wann ſie nicht völlig erwieſen haben.** Neqve propterea ejuſmodi petitione ſe ſuſpectos reddunt, ſed mens hujus noſtræ Conſtitutionis hæc eſt, qvod qvamvis Pars, qvæ ſemiplenè probavit, ad juramentum ſuppletorium non offerat ſeſe, judex nihilominus ei, qvi ſemiplenè probavit, hoc juramentum injungere poſſit, non obſtante communi regu-

Not. 5. *Non excludit officium judicis petitionem partis ſe offerentis ad juram. ſuppletorium.*

la

*Reſp. ad contraria.*

là juris, *qvod judex officium impertiri non debeat in cauſis civilibus, niſi imploratus*, neqve attentâ ſententiâ Doctorum, qvi ſtatuunt, ſemiplenam probationem â Judice planè eſſe rejiciendam. Hæc enim ſubtilis Doctorum opinio antea ſatis â Nobis refutata fuit. Et hæc Conſtitutio D. AUGUSTI, qvâ permittitur judici etiam Parte non petente alterutri litigantium juramentum Suppletorium deferre, confirmata eſt, & pluribus illuſtrata â *Sereniſſ. Electore* JOH. GEORGIO I. *in ord. Proc. tit. 30.* Von dem Eyd / ſo zu Erfüllung der Beweiſung aufferlegt wird. Ubi verba initialia hæc ſunt: Wann einer ſein fürbringen nicht gnugſam noch vollkommen / aber gleichwohl ſo viel erwieſen hätte / daß das Juramentum ſuppletorium, zu Erfüllung ſolcher Weiſung zuläßlich / ſoll auff ſolchen Eyd erkant werden / es ſey in denen Acten gebeten oder nicht.

*Conſtit. hæc 23. confirmata Ord. Proc. Tit. 30.*

Not. 6. *Varia Reqviſita ut juramentum ſuppletorium locum habeat.*

Not. 6. Cæterum, ut juramentum ſuppletorium vel Parte petente vel non petente ex officio, ex mente noſtræ Conſtitutionis â judice alicui imponi poſſit, multa concurrere debent, potiſſimum ſeqventia reqviri ſolent. *(1.)* Ad illud judex non perveniat, niſi deficiente aliâ Probatione inartificiali, qvæ vel fit *teſtibus* vel *inſtrumentis*, extraordinarium enim medium probationis eſt juramentum, vel artificiale, ad qvod recurrendum non eſt, qvamdiu ſuppetit ordinarium. (2.) Injungendum illud non eſt, niſi de *ſemiplenâ Probatione* judici liqveat, & conſtet ex actis, in qvô differt Juramentum *ſuppletorium â Purgatorio*, in qvo *indicia & præſumtiones* ſufficiunt, ut Reo imponi poſſit, qvamvis ſemiplenè non ſit probatum, aliter ſe res habet in ſuppletorio, qvod præſupponit ſemiplenam fa-

*(1.) Non niſi deficiente alia probatione ordinaria.*

*(2.) Niſi ſemiplenè probatum. In Purgatorio ſufficiunt præſumptiones & indicia.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0017-7

factam probationem, qvæ res tamen arbitrio judicis committitur, ut anteà dictum. (3.) Ante omnia reqviritur *prævia cauſæ cognitio exacta judicis*, qvorſum pertinere videtur diſpicere, utrum cauſa controverſa ſit modica, vel magna, civilis an criminalis, an litigans Perſona ſit legalis, an ſemiplenè probatum ſit, nec ne? Et num ſemiplenè probatum vel ab Actore vel à Reo? Sunt enim perſonæ, qvibus juramentum injungi non poteſt, uti ſunt *viles*, *infames*, *De perjurio convictæ vel ſuſpectæ*, qvæ rei circumſtantias & cauſæ ignorant. Sic judex attendat ipſas *cauſas*, num civiles ſint vel criminales, vel tales, in qvibus hoc juramentum locum non invenit, qvorſum Doctores referunt *civiles*, *magnas & arduas*, *famoſas*, *criminales*, *matrimoniales* & alias, qvas Perſonas & cauſas, qvæ hoc juramentum ſuppletorium non recipiunt prolixe recenſet *Ummius Diſp. 14. th. 14. 15. n. 79, uſqve ad num. 86.* Et exactam hanc judicis cognitionem anteqvam juramentum ſuppletorium injungat alicui Parti eleganter delineat Sereniſſ. Legislator *in Ord. Proc. tit. 30. his verbis*: Welchem Part aber / und wie ſolcher Eyd auffzulegen ſey / ſtehet bey Richterlicher Ermeßigung / und fleißiger Erwegung aller Vmbſtände / Anzeigungen und Vermuthungen / in was Anſehen / Ehren und Würden jede Partey ſey / welche auch der Sachen am beſten Wiſſenſchafft trage / und was jeder Theil vor dem andern erwieſſen / oder derohalben für ſtärckere Præſumtiones vor ſich habe / ſonderlich aber / bey welchem man die Warheit am meiſten zuvermuthen. Qvæ omnia benè ponderabit judex, anteqvam ad juramenti delationem ſuppletorii procedat, ut neqve nimis facilis ſit, ſi nihil

(3.) *Prævia cauſæ Cognitio Judicis.*

*Exacta cognitio Judicis delineatur Ord. Proc. tit. 30.*

hil probatum ſit, neqve nimium durus, ſi ſemiplenè probatum ſit, neqve indiſtinctè omnibus perſonis, neqve in omnibus cauſis illud injungat. Et qvamvis in hâc Conſtitutione mentio fiat, qvòd hujus juramenti ſuppletorii delatio judicis ſolius arbitrio committenda ſit, ita, ut illud Parti injungere poſſit, ſi ex Actis appareat, illud fieri poſſe, ſive illud petitum ſit à Parte, ſive non, in verbis: Daß in des Richters Macht ſtehen ſoll / ſolches neceſſarium juramentum ſuppletorium, wenn er aus denen Acten befinden wird / daß es geſchehen möge / dem Part auffzulegen / und zu erkennen / ſolches ſey in Actis gebeten oder nicht. Hæc tamen verba ita explicanda non ſunt, qvaſi judex ejusmodi juramentum planè negligere poſſit, & ita in ſolâ ipſius poteſtate res eſſet ſita, ſed communiter Doctores & interpretes tâm Juris Civilis, qvàm Saxonici ſtatuunt, qvod *Judex neceſſe habeat*, ſi ſemiplenè ſit probatum illi, qvi ſemiplenè probavit, hoc juramentum ſuppletorium injungere. Probant hoc ipſum ex *L. 3. C. de reb. credit: & jurejur:* ubi hæc ſunt verba: *In bonæ fidei contractibus, nec non etiam in cæteris cauſis, inopia probationum per judicem jurejurando cauſa cognitâ res decidi oportet.* Ex hâc Lege patet, vocabulum *oportet* excludere arbitrium judicis ſolum, & importare aliqvam *neceſſitatem*, accedit ratio *Carpzovii part. 1. Conſt. 23. def. 2.* qvod illud ſit *neceſſitatis, qvod officii ratio imponit judici*, ſi nempe ille aliô modô, qvàm mediante juramentô non poſſit decidere hanc cauſam. Et qvamvis *Hugo Donellus* contrariam defendat ſententiam, illum etiam ſeqvatur *Berlichius part. 1. Concl. 53. n. 53.* Communis tamen opinio Doctorum prævalet, qvâ ſtatuitur, judicem cogi poſſe, hoc juramentum injungere ſuppletorium, ſi alia

*Num in libero Arbitrio judicis ſit, ſi ſemiplenè probatum, num ſuppletorium juram. injungere velit, an vero cogatur? A. Poſterius qvod neceſſe habeat.*

*l. 3. C. d. R. C. & jurir.*

*Ratio Carpzovii.*

*Diſſentit Donellus, Berlichius &c.*

liâ ratione cauſa decidi non poteſt. *Ummius diſp. 14. th. 17. n. 72.* ubi ita ſentit: *Ego amplius contendo judicem neceſſum habere, ſiqvidem ex actis ipſi conſtet, juramento huic locum eſſe, ut id uni litigantium deferat.* Prolixè etiam hanc ſententiam defendit *Mollerus* ad hanc Conſtitutionem n. 6. & ſeqq. Illud certum eſt, qvod hoc juramentum ſuppletorium non ſemper ſuper Veritate, ſed etiam interdum ſuper *credulitate* deferri poſſit â judice, ſi neqve Actor neqve Reus de veritate certam habeat ſcientiam, qvod juramentum credulitatis in probandâ conſangvinitate locum habet & præſtari ſolet ab hæredibus, de qvo dicemus in Conſtitutione ſeqventi XXIV.

*Ummius.*

*Juramentum ſuppletorium de Credulitate.*

Not. 7. *Qvæſtio* adhuc dubia eſſe videtur; *Num ſoli Actori*, vel etiam *Reo hoc juramentum ſuppletorium deferri poſſit à judice?* Et qvamvis communiter Doctores ſentiant, qvod ut plurimum *Actori* ſuppletorium, uti *Reo* purgatorium injungi ſoleat â judice, multi tamen dantur caſus, qvibus *Actori* modò, modò *Reo*, vel purgatorium vel ſuppletorium imponi poſſit, diverſis tamen modis. Qvod ſi enim Reus intentionem Actoris ſimpliciter neget, & *Actor* illam ſemiplenè probet, rectè judex faciet, ſi curaverit Actorem juramento ſupplere, qvicqvid perfectæ adhuc probationi deeſt, *L. 3.* C. *de reb. credit. & jurejur. cap. ult.* §. *1. x. de jurejur.* Qvod ſi verò *Reus* intentionem Actoris per ſe qvidem veram eſſe concedat, exceptionem autem opponat, qvâ *ſemiplene* probat, ſe damnari non poſſe, videtur Reo juramentum ſuppletorium eſſe deferendum, ut hôc præſtito, Judex ipſius juramentum ſecutus Reum ab actione inſtitutâ liberet, verba ſunt *Ummii diſp. 14. n. 74.* & qvod arbitrio judicis relinqvatur, num Reo

Not. 7. *Qv. Num ſoli Actori an vero Reo ſuppletorium Jur. injungi poſſit?*

*Diverſis modis ſuppletorium injungitur.*

(1.) *Actori.*

(2.) *Reo.*

 vel

vel Actori hoc juramentum deferre velit, expreſsè probant verba *Ord. Proc. tit. 30. hæc*: Welchem Part aber/ und wie ſolcher Eyd auffzulegen ſey/ ſtehet bey Richterlicher Ermeßigung. Illi nempè deferendum eſt hoc juramentum, pro qvo major militat præſumptio Veritatis & gravior ſemiplena probatio. *Coler. de Proc. Exec. Part. 1. cap. 10. n. 141. Menoch. de arbitr. jud. qvæſt. lib. 2. cent. 2. Caſ. 190. n. 20.* Carpz. *part. 1. Conſt. 23. def. 6.*

Not. 8. *Q. Num Juramentum Malitiæ locum habeat ſi alicui injunctum ſit ſuppletorium? N. Ord. Proc. tit. 18. §. 8.*

Not. 8. Qværitur porrò, *Cum juramentum ſuppletorium plerunqve ſit litis deciſorium, qvod præſtatur in meritis cauſæ:* Ein Haupt-Eyd. *Num ille, cui hoc juramentum ſuppletorium delatum eſt, ab adverſâ Parte exigere poſſit juramentum calumniæ?* Hæc qvæſtio in terminis deciſa deprehenditur, in *Ord. proc. tit. 18. §. 8.* Ubi Legislator Saxonicus ita ſentit: Es hat aber dieſer Eyd für Gefehrde allein in dem Fall ſtatt/ wenn einem der Part den Eyd deferiret; Wenn aber einem aus ſonderlicher Verordnung der Rechte/ oder ſonſt aus Richterlichem Ambt/ ein Eyd aufferlegt wird / hat er den Eyd für Gefehrde zu fodern nicht fug. Rationem hujus Legis hanc *Carpzovius* dat, qvod judex, qvi defert hoc juramentum, omni ſuſpicione major ſit, neqve in illum cadat præſumtio aliqva calumniæ.

Not. 9. *Q. Cui injungi poſſit juram. ſuppletorium ſi utraqve pars æqvaliter probaverit?*

Not. 9. Non inelegans *controverſia* eſt, qvæ à Doctoribus paſſim ventilatur: *Qvid faciendum ſit judici, ſi utrinqve æqvaliter probatum ſit, tàm ab Actore, qvàm etiam à Reo*, & ita Judex qvaſi incertus ſit & fluctuet, in qvam partem diſcedere debeat? Sunt & qvi hoc caſu juramento Suppletorio locum faciunt, in qva opinione verſatur *Duare-*

*renus*, ita qvidem, ut arbitrio Judicis committatur, cui Parti ille malit ob juramentum deferre. *Ummius* exiſtimat, in dubio rectius facere judicem, ſi *Reo* illud deferat, cui conſentit *Menochius* & alii. Nec tamen deſunt Doctores qvàm plurimi, qvi ſtatuunt eô caſu, qvando Actor & Reus æqvaliter probavit Reum potius eſſe abſolvendum, caſum hunc ex *Donello* proponit *Ummius*, *Actor duobus teſtibus probat, Titium ſibi Romæ Calend. Maji. centum promiſiſſe, Titius contra probat duobus teſtibus ſe illô ipsô die Paduæ in loco remotiore fuiſſe.* Sunt, qvi putant hic cauſam eſſe dubiam, qvæ probationis inopià laboret, & proinde juramento ſuppletorio locum eſſe, alii contra dicunt, inter qvos *Coſtalius* eſt in *L. 31. ff. de jurejur.* Et putant, hic nihil probatum eſſe, & ita Reum abſolvendum, cum non amplius res dubia ſit, & Actor tam probaverit, qvàm Reus, neqve Juri contrariari, ut teſtes teſtibus refellantur. *L. 15. C. de Fide inſtrum. L. 18. C. de Probation.* Et in effectu ſtatuendum eſſe videtur, qvod ſi teſtes teſtibus refellantur, nihil probatum eſſe videatur. Ponamus autem, qvòd hôc caſu res omninò dubia ſit, ab utràqve tamen Parte, tàm Actoris, qvàm Rei dubia eſt. In dubio autem *Reus potius abſolvendus*, qvàm *condemnandus*. *L. 125. 128. 154. ff. de Reg. Juris.* Et ita, cum in dubio magis teſtibus Rei, qvàm Actoris credatur, magis Reus erit abſolvendus, ſi ille pariter, ut Actor, probavit. vid. *Maſcard. de Probat. vol. 1. q. ult. n. 12.* Num verò juramentum ſuppletorium tàm in prima, qvam ſecundà inſtantià, & qvô tempore referri poſſit, num antè vel poſt concluſionem cauſæ, num antè vel poſt terminum probatorium, num per procuratorem præſtari poſſit, num altera pars adhoc citanda ſit, num referri poſſit, vel ne-

*Num Tutius Reo committendum?*

*Caſus ubi æqvaliter probatum?*

*Reus hoc caſu potius abſolvendus.*

 ceſſa-

ceſſario ſit ſubeundum, num illo præſtitò adverſarius vel condemnandus vel abſolvendus, alibi à nobis dictum eſt, videri poteſt de iis *Ummius Diſput. 14. th. 17. & 18.* Illud ex Jure Saxonico adhuc annectimus, qvod poſt elapſum terminum probatorium in Judiciis Saxonicis omninò injungi poſſit. *Carpz. part. 1. Conſt. 23. def. 9.* Qvamvis diſſentiat *Berlichius, Gailius & alii.*

## PART. I. CONSTITUTIO XXIV.

## Ob und wie die Eydes Leiſtung der Erben zu erkennen ſey?

HJerinnen haben unſere Schöppen-Stühle wieder einander geſprochen / etliche haben in dem Fall / wann der / ſo einen Eyd ſchweren ſollen / für der Leiſtung geſtorben / alsdenn die Sache auff ordentliche Beweiſung richten wollen. Etliche haben geachtet / ob wohl die Erben mit dem Eyde ſuper Veritate zu verſchonen / daß ſie dennach / damit der vorige Proces und Urtheil nicht gantz caſſiret, de credulitate zu ſchweren / zuläßlich ſeyn ſolten.

Wir laſſen uns ſolche letzte Meynung gefallen / nemlichen / wenn des Urtheils des Eydes halben bey Leben des Parts geſprochen / Er den terminum bey ſeinen Leben nicht verflieſſen laſſen / und ſich des Eydes expreſè ſine causâ in Actis, oder ſonſten nicht geweigert / daß alsdann juramentum credulitatis in hæredibus ſtatt haben / und auch alſo darauff geſprochen werden ſoll.

### NOTÆ.

Not. 1. *Qvæſtio dubia præſenti Conſtitutione deciſa.*

Not. 1. Continet hæc qvoqve *Conſtitutio* deciſionem aliqvam qvæſtionis dubiæ in qvâ diverſimodè à *JCtis*

*Saxonicis* & Aſſeſſoribus Scabinatuum & Collegiorum juridicorum erat pronunciatum antè tempora Electoris *AUGUSTI.* Qværſtio autem hæc fuit, qvâ *ratione nempè juramentum defuncto delatum à Defuncti hæredibus præſtari debeat?* In diverſas hic abierunt partes JCti Saxonicî, nonnulli hôc caſu, qvando is, cui juramentnm delatum fuit, ante illius præſtationem deceſſerit, putaverunt cauſam iterum ad ordinariam probationem eſſe remittẽdam, verba initialia noſtræ Conſtitutionis hæc ſunt: Hierinnen haben unſere Schöppen-Stüle / wieder einander geſprochen / etliche haben in dem Fall/wenn der / ſo einen Eyd ſchweren ſollen / für der Leiſtung geſtorben / als dann die Sache auff ordentliche Beweiſung richten wollen. Alii contra JCti Saxonici in eâ fuerunt opinione, qvod, qvamvis hæredes defuncti juramento veritatis onerari neqveant, illi tamen admittendi ſint ad præſtandum juramentum de Credulitate, ne proceſſus à Defunctô inſtitutus, & ſententia contrà illum vel pro illa lata non prorſus annulletur, verba textus hæc ſunt: Etliche haben geachtet/ ob wohl die Erben mit dem Eyde ſuper veritate zu verſchonen / daß ſie dennoch / damit der vorige Proces und Urtheil nicht gantz caſſirt, de credulitate zu ſchweren / zuläßlich ſeyn ſolten. Ex hiſce duabus contrariis opinionibus Doctorum benigniorem & æqviorem elegiſſe videtur *Sereniſſ. Legislator AUGUSTUS*, nempè poſteriorem illam, qvâ permittitur hæredibus, ut illud juramentum, qvod Defuncto erat delatum, cujus ſunt hæredes, ipſimet præſtent, ſi nempè ſententia antè mortem Defuncti lata, vires rei judicatæ nacta, neqve Defunctus terminum juramento præfixum Legalem neglexerit,

*Num ab hæredibus præſtari debeat Juramentum Credulitatis? Pro negativa?*

*Pro affirmativa.*

*Hæc approbata à D. Auguſto.*

rit,

rit, neqve juramento expreſſe ſine cauſa in actis allegata renuntiaverit, vel illud præſtare recuſaverit, verba finalia noſtræ Conſtitutionis ita diſponunt: **Wir laſſen uns ſolche letzte Meinung gefallen/nemlich/wenn das Urtheil des Eydes halben bey Leben des Parts geſprochen/ er den** terminum **bey ſeinen Leben nicht verflieſſen laſſen/ und ſich des Eydes** expreſsè ſine causâ, in Actis, **oder ſonſten nicht geweigert/ daß alsdenn** Juramentum credulitatis in hæredibus **ſtatt haben/ und auch alſo darauff geſprochen werden ſoll.**

Not. 2. *Reqviſita varia, qvæ concurrere debēt, ut hæredes admittantur ad Jure de Credulitate.*

Not. 2. Qvamvis hæc Conſtitutio perſpicua per ſe ſatis ſit, nonnulla tamen notanda ſunt, qvæ conducere poterunt ad illuſtrationem illius, videntur nempè nonnulla eſſe neceſſaria reqviſita, qvæ concurrere debent, ut hæredes defuncti admittantur ad juramentum Credulitatis, qvorum tria notat Carpzovius ex hâc noſtrâ Conſtitutione, qvæ concurrere debent, ut juramentum credulitatis
1. injungi poſſit hæredibus (1) Ut ſententia, qvâ juramentum injunctum eſt defuncto, vivò adhuc eô, lata ſit, cnm ſententia in mortuum lata ipſo jure nulla ſit, nec obliget
2. hæredes. (2.) Ut defunctus, cui juramentum per ſententiam injunctum fuit, terminum juramento præfixum non deſeruerit, nec neglexerit. (3) Ut juramentum in Actis ex
3. juſtâ causâ non detrectaverit. Ex materia nempè de juramentis generaliter præſupponendum eſt, qvod ſuper factô alieno nemini Juramentum deferri poſſit, ita qvidē ut ſuper eo conſcientiam ſuam exonerare debeat, qvia facti alieni probabilis ſemper eſt ignorantia, & ideò non cōmitti poteſt alterius conſcientiæ, cui nihil committi poteſt niſi factum proprium, & hinc fluit, qvod hæredi ſuper

*Conſcientia alicujus ſolum factum Proprium, non alienum committitur.*

facto

facto defuncti & alieno juramentum deferri non poſſit, qvod tam jure civili, qvam Saxonico obtinet, bene tamen ſcientiæ & notitiæ hæredis factum alienum vel etiam defuncti committi poteſt: Daß er darüber nicht ſein Gewiſſen / ſondern Wiſſenſchafft und wohl bewuſt zu eröffnen ſchuldig. Qvô caſu ſaltem de *Credulitate* jurandum eſſe videtur, non de *Veritate*, de jure enim pariter civili, qvam Saxonico qvilibet *notitiam atqve ſcientiam* ſuam jurato ſuper facto alieno aperire debet, vel etiam ignorantiam ſuam, qvæ in animo conſiſtit, factum autem proprium non ſolum alicujus conſcientiæ, ſed etiam ſcientiæ committi poteſt, kann in eines gewiſſen / wiſſen und wohl bewuſt geſtellet werden. Ut itaqve ad conſtitutionis noſtræ diſpoſitionem deveniamus, qværitur, ſi defuncto per ſententiam injunctum ſit juramentum, qvô cauſa aliqva ejus Conſcientiæ & ſcientiæ eſt commiſſa, daß er darüber ſein Gewiſſen / Wiſſenſchafft und wohl bewuſt eröffnen ſoll. Num illud hæredibus Defuncti injungi poſſit, vel num ad illud præſtandum admitti debeant, qvod ipſum negatur, ob modò allegatas rationes, qvibus oſtendimus ſuper factô alienô juramentum veritatis præſtandũ non eſſe, ſed ſaltem credulitatis, hoc juramentum illud continet, qvod ſcil. ejus rei notitiam non habeat, neqve credat, illam rem ſe ita, vel non ita habere, vel tale factum à Defuncto contractum fuiſſe, & hôc modô hæredes admittuntur ad juramentum de credulitate ſuper tali factô proprio Defuncti conſcientiæ commiſſo, modo defunctus ſcientiam hujus ſententiæ habuerit, illudqve Juramentum neqve deſeruerit, neqve ex juſtà cauſà recuſaverit, anteà enim dictum, qvod ſententia lata ſuper Juramentô in De-

*Super facto alieno non de Veritate, ſed credulitate juratur.*

*Hæredes defuncti non de Veritate jurãt ſed Credulitate.*

 fun-

functum hæredes non obliget, addit Carpzovius hanc rationem, qvòd Defunctus, qvi juramentum non recuſavit, præſumtionem pro ſe habeat, qvod bonâ conſcientiâ jurare potuerit, qvæ præſumtio ceſſat, qvando mortuus eſt ille ante publicationem ſententiæ, & ita in dubio eſt, num ne ex juſta cauſa recuſare potuerit, vel ad evitandum juramentum probationibus uti voluerit. Aliter ſe res habet, ſi Defuncto juramentum ſit delatum, qvod non conſcientiæ defuncti, ſed ejus ſcientiæ eſt commiſſum, hoc ab hæredibus præſtandum eſt, qvamvis defunctus ante publicationem ſententiæ deceſſerit, vel etiam ante litem conteſtatam, uti ſentit *Berlich.part.* 1. *Concl.* 55. *n.* 43. *Carpz.part.*1. *Conſt.* 24. *def.* 4. Et qvod hactenus dictum eſt de juramento Credulitatis ab hæredibus præſtando, non ſolum intelligendum eſt de Juramento, Reo delatô, ſed etiam Actori relatô, imò admittendi ſunt hæredes ad juramentum credulitatis, qvamvis defunctus in probationibus, qvibus uti, & qvò ſe à juramento liberare voluit, defecerit, neqve in arbitrio ſolum hæredum ſitum eſt, num illud juramentum credulitatis præſtare velint nec ne, ſed præcisè ab illis præſtandum eſt, neqve illud ipſum referre poſſunt, qvamvis ad evitandum juramentum probationibus uti poſſint. Et tantum etiam de juramento Credulitatis ab hæredibus præſtando. Dantur qvidem, præter hæc juramenta hactenus recenſita, & alia varia juramenta, v. c. Juramentum in Litem, Juramentum minorationis & alia, de qvibus tamen alibi à nobis dictum.

*Si Defuncto ſaltem Juramentum delatum de ſcientiâ.*

*Non in arbitrio eſt hæredum, num de Credulitate jurare velint nec ne, ſed coguntur,*

## *PART. I. CONSTITUTIO XXV.*

## Ob die Richter über die Præſcription, ſo ex Actis dargethan / können ex officio erkennen?

Hier

Hierinnen iſt man auch einig / ungeachtet / daß dieſe Qvæſtion weitläufftig diſputirt wird / daß die Præſcriptio, da Sie manifeſtè bewieſen / oder der Richter deſſen aus den Acten gewiß ſeyn könte / erkant / und ex officio ſupplirt werde / wañ gleich die Parthehen ſich in den Acten darauff nicht gezogen / darbey wir es bleiben laſſen.

## NOTÆ.

Not. 1. Qvamvis materia *de uſucapionibus & præſcriptionibus*, de Jure civili Romano ampliſſima ſit, præſenti tamen *Conſtitutione* nihil aliud diſponitur, qvàm illud, qvod Exceptio præſcriptionis à Judice ſuppleri poſſit & debeat, qvamvis illa nec oppoſita à Reô, modô hæc Exceptio præſcriptionis manifeſtè & expreſsè probari poſſit ex actis, cum ad officium Judicis videatur pertinere, ut ipſemet procuret, qvò lites citiſſimè finiantur. Multa nempè ſunt, qvæ officio judicis veniunt ſupplenda, qvamvis illa non petantur à litigantibus, vel ob negligentiam & oſcitantiam vel ob imperitiam propriam, vel Advocatorum. Intereſt nempè Republ. ne lites ſint immortales, qvare Judicis officio incumbit, omnibus modis præcavere, ne illæ protrahantur. Unde factum, qvod Jure Saxonicô & præſenti qvidem conſtitutione expreſsè diſponatur, ut qvamvis præſcriptionis Exceptio à Parte non opponatur, tamen ſi de ea ex Actis manifeſte conſtet, illa à Judice ſuppleri poſſit ſtudio abbreviandarum litium. Contrà officium nempè valde peccare videtur Judex, qvando talem admittit actionem, qvæ ipſo Jure ſublata eſt. Hinc qvamvis Reus exceptionem præſcriptionis non oppoſuerit, neq; tempus ad præſcriptionem ſufficiens ex Actis demonſtraverit,

Not. 1. *Senſus & argumentum Conſtitutionis*

*Judicis officio ſuppleri poteſt Exceptio præſcriptionis*

verit, attamen ſi ex Actis & inſtrumentis productis appareat, Actori liqvidò obſtare præſcriptionis Exceptionem, tunc ſanè officio Judicis incumbit, ut reflectat ad hanc exceptionem præſcriptionis, illamqve, ſi manifeſtè probata ſit, vel ex actis certò compareat, ex officio ſuppleat, qvod etiam *Carpzovius* putat obtinere in cauſis *Criminalibus*, in qvibus Judex Exceptionem præſcriptionis ſupplere poteſt vel debet, cum Reipubl. qvidem interſit, delicta non manere impunita, negari tamen non poſſit, qvod innocentes omninò ad defenſionem ſui ſint admittendi *L. 23. § publicè ff. de Procurator.* Neqve huic Conſtitutioni obſtare poteſt, qvod Judex in cauſis civilibus officium ſuum niſi imploratus impertiri non debeat, cum hæc regula talis ſit, ut infinitas patiatur exceptiones, de qvibus alibi dictum eſt, qvæ omnes rediguntur ad illud principium, qvod deſiderium Bono publico inſerviendi & lites abbreviandi ante ferendum ſit privatorum poſtulatis & actionibus.

*Etiam in Criminalibus ſuppleri debet præſcriptio à Judice.*

## PART. I. CONSTITUTIO XXVI.

### Wenn die Urthel in einen frembden Namen publiciret, ob Sie in rem judicatam gehen?

WIr werden berichtet / daß der mehrer Theil Urthel in unſern Landen / wie ſie von denen Juriſten, Facultæten und Schöppen Stühlen gefaſt / ohne Veränderung und Einverleibung des Richters Nahmen / darunter die Sachen ſchweben / eröffnet und publicirt werden / da nun ſolcher Gebrauch auffgehoben / ſo würden viel Proceſſe dadurch genichtiget und zerrüttelt / derohal-

rohalben ordnen und Conſtituiren wir/ daß ſolcher Gebrauch nachmahls beſtändig/ und die alſo publicirte Urtheil kräfftig ſeyn/ auch in rem judicatam gehen ſollen/ ungeachtet/ was von etlichen de ſententia nomine Conſultoris lata, weitläufftig dißfals diſputirt und angezogen wird.

NOTÆ.

Not. 1. Hæc Conſtitutio à Nobis jam explicata fuit circà materiam de publicatione ſententiæ, ubi diximus, qvod liceat Judici illam ſententiam, qvæ ex Collegio qvôdam prudentum petita eſt, vel ſuo, vel Prudentum nomine publicare, qvæ res cum nullô amplius careat dubio, & præſenti Conſtitutione confirmata, ulteriori non indiget Probatione. Not. 1.

## CONSTITUTIO XXVII.

### Ob der Proces in Lehen Sachen/ ſo zwiſchen dem Lehen Herren/ und Lehen Manne gehalten/ nach Sächſen oder gemeinen Keyſer Rechten zu richten.

OB wohl die Sächſiſchen Lehen Recht in denen Fällen/ wenn der Lehen Herr ſeinen Lehen Mann/ ſonderlich aber auff die Privation beſchuldigen will/ eine ſonderliche Art haben/ wie das Lehen Recht zu beſtellen/ und ſich der Lehen Herr und Lehen Mann allenthalben verhalten ſoll/ ſo haltens doch unſere verordnete davor/ das ſolcher Proces nach den gemeinen Rechtẽ/ dißfals in dieſen unſern Landen anzuordnen ſeyn ſoll/ welches wir uns gnädigſt gefallen laſſen/ und wollen hiemit die Diſpoſition der Sachſen Recht dißfals aufgehoben/ und denſelben derogirt haben. Ordenen nnd

 ſetzen/

ſetzen / daß in ſolchen Fällen der Proces des gemeinen Rechtens / fort an in unſern Landen angeſtellt und gehalten werden ſoll.

NOTÆ.

Not. I. Cum hæc Conſtitutio tractet de cauſis feudalibus, nobis autem conſtitutum haud ſit, cauſas & qvæſtiones feudales cum civilibus vel criminalibus confundere, ideoqve hujus & aliarum Conſtitutionum Saxonicarum, qvæ feudalibus annumerari poſſunt, explicationem ad Juris feudalis tractationem reſervabimus. Ne tamen interim ſeriem & ordinem Conſtitutionum, qvoad textus ipſos negligamus, verba textus conſtitutionis XXVII. hic apponere placuit.

## CONSTIUIO XXVIII.

## Wie eine Schuld vor der andern bezahlt werden ſoll.

WAnn zwiſchen den Gläubigern der erſtigkeit halben ſtreit vorfället / ſo conſtituiren, ordnen und wollen wir / daß vor allen andern ſchulden / erſtlich bezahlet werden ſollen das Liedlohn / was auff des verſtorbenen Schuldeners Begräbnüß / und in ſeiner Kranckheit der Artzney halben auffgewand / auch Schoß / Steuer und Erbe-Geld / und nach dieſen ſoll des Schuldeners Ehe-Weib / mit ihren eingebrachten Gut / ſo viel ſie des erweiſen kan / allen andern Gläubigern / ſo nicht Aeltere ausdrückliche Verpfändung haben / vergezogen werden. In dem Gegen vermächtniß aber / hat Sie ſich disfals der prioritæt / den Gläubigern zu Nachtheil nicht anzumaſſen / jedoch / was der

Leibgeding halben verordnet / bleibet in Würden und Kräfften. Nach itzt berührten Schulden folgen alle die / ſo auff des Schuldeners gütern außdrückliche / oder vermöge der Recht ſtill ſchweigend Pfand haben / unter welchen die Aelteſten von Zeit der erlangten Pfandung anzurechnen / je einer dem andern vorgezogen werden. Und da zwar Verpfändung auff einen Tag geſchehen / und nicht erwieſen werden könte / welche vor oder nach gangen / auff den Fall ſollen die gläubiger zugleich / nach Anzahl eines jeden Schuld zugelaſſen werden. Dergleichen haben auch die ſolchen Vorzug / welche auff vorhergehenden ordentlichen Proces und Recht / die Würckliche Einweiſung und immiſſion erlangt haben. Wäre aber einem Gläubiger ein termin zu Hülffe angeſatzt / oder auff außgebrachten Befehl / ohne Proces und urtheil / verholffen worden / ſo ſoll er derowegen / mehr denn er ſonſt zu Recht befugt / ſich der erſtigkeit nicht anzumaſſen haben.

Ferner ſollen nach denen bezahlt werden die Schuld / wegen eines zu treuen Händen hinterlegten Guts / welches der Schuldener verendert und verthan hat / auch alles / was zu milden Sachen und zu alimenten gehörig / und dann negſt dieſen / ſollen die Areſtanten, welche keine Rechtliche immiſſion erlangt / zugelaſſen werden / denen Wir auch hiemit eine dingliche Gerechtigkeit / der Prioritæt halben / von der Stund anzufangen / da der erſte Kummer geſchehen / und gebührlich verfolgt / geben und geſtatten.

Folgends / und wann niemands von den abgeſatzten Gläubigern mehr vorhanden / ſollen die andere / ſo ſonſten in Rechten perſonaliter privilegirt, die Prio-

ritæt:

tæt haben und letzlichen die Chirographarii, welche allein Brieffe und Siegel / oder andere Nachrichtung ihrer Schulden halben vorzulegen haben / ohne Unterſcheid der Zeit pro rata eines jeden Schuld / nach verordenung gemeiner Recht / zugleich bezahlet werden.

## NOTÆ.

Not. 1.
*Connexio hujus Conſtitutionis cum præcedentibus*

Not. 1. Tractarunt hactenus Legislatores Saxonici de modô procedendi ordinario in Judiciis Saxonicis, præſertim in cauſis civilibus, in qvibus ſolenni libelli oblatione, litis conteſtatione, probatione & reprobatione ſententiâ Judicis definitivâ, cauſa decidi & ventilari ſolet, qvæ in litem & controverſiam deducta eſt, inter Actorem & Reum, nec non remediis, qvibus ſententia à viribus rei judicatæ ſuſpenditur. Proponunt jam præſenti Conſtitutionê extraordinarium qvempiam modum procedendi in CONCURSU & PRIORITATE CREDITORUM SUPER BONIS DEBITORIS. Singularia nempè in hôc proceſſu qvædam notanda ſunt, qvæ peculiariter in concurſu creditorum recepta ſunt, partim Jure civili, maximè vero Jure Saxonico. Singulare nempè hujus Proceſſus illud imprimis eſt, qvod in illo concurrant plures Actores, qvi non ſolum inter ſe de Prioritate controvertunt, & invicem modò Actoris, modò Rei partes ſuſtinent, ſed etiam arma inſimul contrà Debitorem, vel defuncti Debitoris hæredes, vel etiam contrà Curatorem bonorum movent & inferunt. Sunt etiam ratione proceſſus & modi proponendi in judicio, in concurſu Creditorum varia ſingularia, qvæ ex ſtylo & obſervantiâ curiæ potiſſimum ſunt addiſcenda, neqve Creditores in hôc proceſſu tam præcisè ad fatalia probationis vel alias ſolennitates

*In CONCURSU CREDITORUM ſingularia qvædam ratione Proceſſus recepta ſunt.*

les ſunt aſtricti, ſed ſolet illius directio ut plurimum Judicis arbitrio committi. Sententia qvoqve in concurſu creditorum ſecundum leges Saxonicas formanda eſt, & in certas claſſes diſtribuenda, ſecundum Jura prioritatis hàc Conſtitutione & aliis Legibus Saxonicis præſcripta. In foro Saxonico ejusmodi ſententia in Concurſu Creditorum lata appellatur Ein *Prioritæt* oder *Deſignation* Urthel. Qva cuiqve Creditori debitum in certâ claſſe ſolvendum deſignatur, ſecundum normam & formam Legis præſcriptæ, & Jus prioritatis qvod cuiqve Lege eſt conceſſum. Ab hâc ſententiâ ſuper Prioritate lata, differt adhuc illa, qvæ vocatur Ein *Diſtribution* Abſchied / qvà cuilibet Creditorum ſecundum claſſem in ſententiâ ſuper prioritate latâ aſſignatam ſua Portio pro rata bonorum tribuitur, Et ejusmodi ſententia ut plurimum à Commiſſariis ad hanc rem datis concipi ſolet, qvi maſſam Debitoris, ejusqve bonorum proportionabiliter inter Creditores diſtribuunt. Cæterum cum de hoc concurſu Debitorum immenſi ſatis & integri jam extent Doctorum Commentarii, nos jam miſſis ambagibus ſolum ad noſtræ *Conſtitutionis* explicationem breviſſimis nos accingimus, ita tamen, ut cum illa conjungamus ex *Ord. Proc. Titulum 41. usqve ad tit. 51.* Wie die Gläubiger Jhrer Schulden nach einander bezahlt werden ſollen.

*Sententia in Concurſu Creditorum lata alia eſt Deſignatoria*

*Prioritæt* Urthel.

*Sententia Diſtributoria* ein *Diſtribution* Abſchied.

Not. 2.

Not. 2. *In Ord. Proc. tit. 41.* Sereniſſ. Legislator JOHANNES GEORGIUS I. Qvinq; conſtituit claſſes CREDITORUM IN CONCURSU ſuper PRIORITATE contendentiũ. In primâ claſſe collocantur illi Creditores, qvi peculiari gaudẽt prærogativâ & prioritate præ reliqvis omnib9 Cre-

*Qvinqve claſſes Creditorũ in Concurſu ſuper Prioritate litigantium.*

 dito-

1. *Singulari præ-rogativâ & Prioritate gaudentes.* ditoribꝰ, welche eine ſonderliche prærogativ uñ Vorzug/ daß Sie vor allen andern ungeachtet dero Rechtens/ welches Sie ſonſt habẽ mögen/ bezahlt werden müſſen. (2.) In alterâ claſſe locantur illi Creditores, qvi unà cum Jure reali vel hypothecâ Jus prioritatis vel privilegium ali-

2. *Creditores Privilegiati.* qvod habent, ob qvod certô modô reliqvis creditoribus in ſolutione ſunt præferendi; Welche neben dem Dinglichen Recht oder Verpfändung ein Jus prioritatis oder Privilegium haben/ daß Sie/mit gewiſſer Maaß/den andern Gläubigern/der Bezahlung halben vorgehen.

3. *Jus Reale habentes in bonis Debitoris* (3) In tertiâ claſſe admittuntur illi Creditores, qvi Jus aliqvod Reale habent: Welche ein Dinglich Recht erlanget. Qvod fit vel per hypothecam tacitam, vel expreſſam, per impetrationem areſti, immisſionem Judicialem &c. (4) In qvarta claſſe ſeqvuntur illi Creditores, qvi qvamvis Jus Reale non habeant, in Jure tamen perſonali gaudent pri-

4. *Perſonaliter privilegiati.* vilegiô, ut aliis Creditoribus, qvi Jus Reale non habent, præferantur: Welche/ob ſie wohl kein Dinglich Recht haben/ jedoch dermaſſen in Rechten perſonaliter privilegiret ſind/daß Sie vor den Gläubigern/ſo kein Dinglich Recht haben/ bezahlt werden. (5) Succedunt tandem in Qvintâ claſſe illi Creditores, qvi vocantur *Chiro-*

5. *Chirographarii.* *graphariì*, ſeu, qvi neqve Jus Reale, neqve privilegium, ſed ſolummodô documentum aliqvod privatum, obligationem, vel aliam qvandam ſcripturam, qvâ debitum ſuum probare volunt, habent & producere poſſunt: Welche weder Dinglich Recht/noch einig Privilegium/ſondern allein Brieff und Siegel/oder andere Nachrichtung/ihrer Schulden halben vorlegen können. Hunc ordi-

nem

nem, hanc claſſificationem Judex in ſententia ſuper PRIORITATE IN CONCURSU CREDITORUM ferendâ & concipiendâ, præciſè obſervare jubetur à Sereniſſ. Legislatore in *Ord. Proc. tit. 41.* his verbis: Darumb wenn zwiſchen den Gläubigern Streit vorfället/ welcher vor dem andern zubezahlen/ ſoll dieſer Ordnung nach gegangen und wie eine claſsis hinter der andern folget/ alſo auch Sie nach einander befriediget werden. Qvæ cum ita ſint, neqve nobis erit permiſſum in Judiciis præſertim Saxonicis ab ejusmodi ordine Legibus præſcripto & diſtinctione certarum claſſium recedere, ſed neceſſe eſt, ut per omnia & juſſum ſeqvamur Legislatoris noſtri. Qvem in finem jam in ſeqventibus recenſebimus paucis & extremis qvaſi lineis attingemus illas PERSONAS, qvæ vel ad *primam vel ulteriorem claſſem* referendæ erunt inter Creditores.

*Ordo prioritatis Lege Saxonicâ præſcriptus à Judice in ſententiâ præciſe obſervandus.*

Not. 3. Diximus anteà ex *Ord. proc. tit. 41.* in primâ claſſe collocandos eſſe illos Creditores, qvi ſingulari gaudent *prærogativâ*, & *prioritate* præ reliqvis omnibus Creditoribus, videndum nunc erit, qvinam illi ſint? Sunt (1) his annumerandi illi Creditores, qvi probare poſſunt in bonis Debitoris reperiri tales res, qvarum proprietas pertinet ad Creditorem, hôc caſu, creditori res propriæ præ omnibus aliis Creditoribus, qvali etiam privilegio vel Jure muniti ſint, extradendæ ſunt, e. g. Si qvis rem *depoſuerit* penes Debitorem, vel illi tanqvam mandatario rem aliqvam tradiderit Debitori, ut illam venderet, vel aliô modô circà illam qvicqvam diſponeret, ejusmodi *Depoſitum & Res Mandatario tradita*, ſi adhuc extet, Creditori omninò reddi debet. Aliud porrò exemplum proponitur à Legislatore

Not. 3.
*PRIMA CLASSIS*
*1. Proprietarii & Domini res ſuas jure Dominii vindicare vel repetere poſſunt ut ſibi reſtituantur.*
*Depoſita res Mandatario concredita*

 tore

*Res hæreditate & aliunde qvæſita à Muliere vel Liberis.*

*Ad Concurſum trahi non poſſunt bona aliena ſed ſolius Debitoris propria*

latore in *Ord. Proc. tit. 42.* Si mulier à cognatis ſuis aliqvid per hæreditatem acqviſiverit, ſive etiam, ſi liberi primi vel ſecundi matrimonii à Parentibus ſuis defunctis vel cõjunctis Perſonis ex hæreditate acceperint, & ejusmodi bona ſi adhuc extẽt tunc perinde ut aliis omnibus caſibus, qvibus res ad creditorẽ, qvoad dominiũ & proprietatem ſpectant, ſive mobiles ſint, ſive immobiles, dominis præ omnibus aliis Creditoribus reſtituendæ ſunt. Elegantẽ hujus rei *Legiſlator Sereniſſ.* hanc ibidem annectit rationem, qvòd contrà omnem ſit æqvitatem, ut creditores concurrentes ſolutionem debiti ſui non ex Bonis Debitoris, ſed alienis habere & petere poſſint. Verba ipſius textus *Ord. Proc. tit. 42.* Initialia perſpicua hæc ſatis ſunt: Wenn der Gläubiger beſcheinen kan / daß ihme unter denen Gütern / welche bey dem Schuldner befunden werden / was eigenthümlich zuſtehe / ſoll ihme daſſelbe / vor allen andern / ſie ſeynd gleich berechtiget oder privilegiret wie ſie wollen / folgen; Darumb wenn einer etwas bey einem Deponiret / und zu treuen Händen hinterlegt / oder ihm / als ſeinem Befehlich haber / etwas gebe / daß er ihm verkauffen / oder was anders damit thun ſoll / und es wäre daſſelbe noch unverwendet vorhanden / ſoll es dem Gläubiger bleiben. Deßgleichen wenn etwa ein Weib von ihren Freunden etwas ererbet / oder es wäre den Kindern erſter oder anderer Ehe von ihren Freundẽ angeſtorben / und ſolch Stück Guts / das ihnen zugehöret / noch vorhanden / und in ſumma, ſo offt einer das was ihm eigenthümlich zuſtehet / fordert / es belange gleich bewegliche oder unbewegliche Güter / ſoll es ihme vor allen andern Gläubigern zugeſtellet werden / weil

es

es wieder alle Billigkeit / daß ſich die Gläubiger / nicht von ihres Schuldeners/ſondern frembden Gute / bezahlt machen ſolten.

Not. 4. Ad primam claſſem porrò & (2) referuntur illi *Creditores*, qvi rem aliqvam, præſertim immobilem vendiderunt, ſibiqve in continenti in hoc contractu venditionis in re venditâ, anteqvam Emptori illa tradita, hypothecam ſuper reſiduo pretio reſervarunt, hoc caſu ex hâc re hypothecatâ præ omnibus aliis Creditoribus ſolutio ipſis debiti facienda eſt, non obſtante, qvamvis aliis Creditoribus jam anteâ omnia Debitoris Bona & inter illa qvoqve futura hypothecæ vel tacitè vel expreſsè ſint data. Addit Sereniſſ. Legislator elegantem hanc rationem, qvod nempè Debitor ſtatim ab initio rem venditam, cum hoc onere & conditione acceperit, ut venditori Bonum venditum ſub hypothecæ nexu maneret obligatum, unde nemo alius Debitoris Creditor Venditori præferri poſſit, qvi nullum conſtans Jus in ejusmodi vendito & hypothecatô bonô ſibi acqvirere potuit, verba ipſius textus *Ord. Proc. tit. 42.* hâc de re ita diſponunt, Da auch einer etwas verkaufft/ und ihm alſobald bey ſolchen Kauff auff dem Gute/ehe ers dem Käuffer tradirt und einräumet / ein beſtändig Unterpfand / wegen des hinterſtelligen Kauff-Geldes vorbehält / ſoll er von demſelben / vor allen andern Gläubigern / wenn ihme gleich lange zuvor alle des Schuldners Güter/ und unter denſelben auch die / ſo er künfftig erlangen würde/heimlich oder ausdrücklich verpfändet / bezahlt werden. In erwegung/ daß der Schuldner ſolch Gut bald anfangs mit dem onere vñ Beding bekommen / daß es dem Verkäuffer verpfändet

*Not. 4. 2. Venditor qvi ſibi hypothecã in Re venditâ reſervavit aliis omnibus Debitoris Creditoribus præfertur.*

*Ratio Legis.*

det ſeyn ſolte / daher auch kein anderer des Schuldners Gläubiger / vor dem Verkäuffer / beſtändiger Weiſe einig Recht darauff erlangen können. His perſonis (3) annumerandi ſunt illi Creditores, qvi in contractu venditionis rei venditæ, ejusqve ſolutionis causâ & pretii non tâm ad Emptorem, qvam ipſam rem venditam in caſu non ſubſecutæ ſolutionis reſpexerunt, & expreſsè in re vendita ſibi Dominium reſervarunt. Qvemadmodum etiam illa debita, qvæ ante illud tempus, qvô Debitor illud comparavit, jam hypothecæ nexu fuerunt obligata, verba Ord. Proc. hæc ſunt: Alſo auch / wenn einer bey Verkauffung des Guts wegen Bezahlung des Kauff-Geldes / nicht ſo ſehr auf dem Kauffer / als auf daſſelbe Gut ſich daran zu erholen geſehen / und ihme außdrücklich auf dem Fall / da er nicht bezahlen würde / den Eigenthum daran vorbehalten thäte / ſo würde er in ſolchen Fall / wenn gleich keiner Verpfändung darneben gedacht wäre / vor allen andern Gläubigern billich davon bezahlet. Gleiche Meynung hat es auch mit denen Schulden / die zuvorn / und ehe der Schuldener das Gut an ſich bracht / darauf verpfändet geſtanden, Ex his textibus Ordin. Proc. manifeſtum eſt, omnes illos, qvi Jure Dominii res proprias vindicant, ſi illæ in bonis Debitoris reperiantur, & adhuc extent, omnibus aliis Creditoribus, cujus ſint nominis, præferri, cum illi non Jure crediti, ſed dominii certent & tuti ſint, adeò, ut proprie creditores appellari neqveant, nec opus habeant, ut cum veris Creditoribus Debitoris in concurſu controvertant, vel ſuper prioritate diſputent, dum concurſus ſe non extendit ultra bona Debitoris, & ita ſufficit ut aliqvis demonſtret rem ſuam eſſe

*3. Creditor qvi ſibi in re Venditâ Dominiũ reſervavit Omnibus Emtoris & Debitoris Creditoribus præfertur.*

qvæ

qvæ hactenus in cuſtodia Debitoris fuit. Qvod ſecus tamen eſt, ſi res v. c. Depoſita vel fidei alteriùs concredita non ampliùs extet in bonis Debitoris, ſed ab eo vel abalienata vel conſumpta fuit, tunc omninò recurrendum erit ad Bona Debitoris & ipſum concurſum: Hinc credibile eſt Autorem Conſtitutionis noſtræ & Seren. Legislatorem Auguſtum harum Perſonarum in hac Conſtitutione nullam prorſus mentionem feciſſe, qvæ jure Dominii res proprias vindicare & repetere poſſunt, dum reverà Creditoribus Debitoris annumerandi non ſint, ſed extra concurſum res ſuas jure Dominii vindicare poſſint.

Not. 5. Miſſis itaqve his Perſonis, qvæ jure Dominii ſuas res tanqvam ad Debitoris bona non pertinentes repetere poſſunt, Ser. Legislator Auguſtus in prima claſſe collocat Mercedes & Salarium Miniſtrorum, Famulorum & Famularum vel Ancillarum Germanicè das LiedLohn. Verba noſtræ Conſtitutionis hæc ſunt: So conſtituiren ordnen und wollen Wir/ daß vor allen andern Schulden erſtlich bezahlet werden ſollen das LiedLohn. Hæc Conſtitutio confirmatur in Ord. Proc. his verbis: Nechſt dieſem/ ſoll Vermöge Sächſiſcher Rechte und unſerer Landes Conſtitution/ das LiedLohn vor allen folgenden Gläubigern bezahlt werden. Es wird aber LiedLohn allein diß genant/ was man denen Perſonen/ welche Domeſtici, und weſentlich bey einen in ſeiner Behauſung/ an ſeinem Brodte/ oder an ſtatt deſſen in einem gewiſſen Koſtgelde zu ſeyn pflegen/ ſchuldig/ darumb iſt der Advocaten Beſoldung/ und anders dergleichen/ anhero nicht zurechnen. Patet ex hôc textu, qvod illi demum prærogativam habeant hanc famuli vel

*Not. 5. In prima Claſſe das Lied-Lohn.*

fa-

famulæ ob mercedem & ſalarium ipſis promiſſum, qvi Domeſtici fuerunt ipſius Debitoris, die in des Schuldeners Tiſch/ Koſt und Brodt geweſen/ vel qvi locô victûs & amictûs certum aliqvod ſalarium, oder Koſtgeld/ habuerunt. Et ideo excluduntur omnes illi qvi Domeſtici non fuerunt, die nicht weſentlich bey dem Schuldner in ſeiner Behauſung und an ſeinen Brod geweſen/ oder an ſtatt deſſen ein gewiſſes Koſtgeld gehabt. Uti ſunt Advocati qvamvis illis annuũ ſalariũ promiſſum, qvos Legislator præſenti textu expreſsè removet, tales etiam ſunt Operarii & artifices, die Tagelöhner und Handwercksleute/ qvi extrà domum & victum Debitoris vixerunt. Duo enim hîc conjunctim reqviruntur, ut huic privilegio & prærogativæ locus ſit, (1) Ut certum ipſis ſalarium ſit promiſſum ein Liedlohn/ Dienſtgeld/ Geſinde Lohn/ (2) Ut domeſtici fuerint, qvæ Duo etiam probanda ſunt ab eô, qvi hâc prærogativâ uti cupit, & qvamvis famuli qvantitatem ſalarii promiſſi & reſidui juramentô probare poſſint, ſe tamen famulos vel miniſtros fuiſſe, aliter, qvàm per Juramentum probare debent, vel per teſtes, vel aliunde. Illud extrà controverſiam eſt, qvod jure prioritatis gaudeant Pædagogi, & Informatores liberorum Debitoris, præſertim, ſi Domeſtici fuerint, & certô ſalariô conducti; De liberis magis dubitatur, qvi in re Domeſticâ Parentibus auxiliares manus præbuerunt, & operas qvaſi ſerviles præſtiterunt. Et diſtingvunt Doctores, num ipſis à Parentibus certa merces fuerit promiſſa, & tunc hàc prærogativâ perinde ut extranei miniſtri gaudent; ſecus verò ſi ipſis nihil promiſſum, cum certi ſalarii promiſsio neceſſariò ad hoc privilegium reqviratur. *Carpz. part. 1. Conſtit. 28. def.*

*Reqviſita* des Liedlohns.

*Pædagogi.*

*Liberi qvi Parentibus ſervierunt.*

*28. def. 31. & 32.* De eô non dubitatur, qvin in *Concurſu Creditorum* ſalarium *Curatori* bonorum promiſſum perinde hôc loco præ omnibus aliis Creditoribus ſit exſolvendum, qvamvis enim ille Domeſticus debitoris non ſit, neqve fuerit, & ita Advocato ſimilis ſit, qvi etiam ratione ſalarii ſui prælationis Jure non gaudet, attamen placuit Doctoribus, & obſervantia qvotidiana Judiciorum teſtatur, qvod Curatori bonorum præ omnibus aliis Creditoribus ſalarium ſit exſolvendum, qvæ ratio qvoqve habetur in Expenſis â Curatore bonorum ad conſervanda bona debitoris erogatis, e. g. Pro confectione Inventarii, ſumptibus litis, Gerichts und Urthels Gebühren. Qvemadmodum enim Domeſtici Debitoris & miniſtri, ideò hâc prærogativâ gaudent, qvod illorum ſervitiis familia & ſubſtantia Debitoris fuit conſervata, ita qvoqve ſtudio Curatoris bonorum & operâ in utilitatem ipſius Debitoris vel hæredum, ipſorumqve Creditorum maſſa Debitoris ſalva redditur. *Mollerus ad hanc Conſtit. n. 86.* Sunt etiam Doctores nonnulli, qvi ad hanc claſſem primam Creditorum referunt illos, qvi impenſas fecerunt ad culturam agrorum ipſius Debitoris ex eô fundamento, qvod merces pro agriculturâ, das Ackerlohn / æqviparetur mercedi famulorum, dem Liedlohn/ qvod utriusqve induſtria & cultura ad conſervationem familiæ Debitoris faciant, ex qvâ ratione qvoqve *frumentum ſeminarium*, das Saam-Getreidig præ omnibus aliis Debitis exſolvendum eſſe ſtatuunt. *Carpz. part. 1. Conſt. 28. def. 36. 37.*

*Salarium Curatoris bonorum.*

*Impenſæ in Culturam agrorum facta.*

*Frumentum Seminarium.*

Not. 6. Simili modo poſt mercedes famulorum in primâ claſſe præ omnibus aliis Creditoribus exſolvendæ ſunt EXPENSÆ FUNEBRES Defuncti Debitoris, nec non

Not. 6. *Expenſæ funebres.*

 ſum-

ſumptus in ægroti Debitoris curationem facti, verba noſtræ Conſtitutionis hæc ſunt: **Was auff des Verſtorbenen Schuldeners Begräbnis / und in ſeiner Kranckheit der Artzney halben auffgewand** / qvæ noſtra Conſtitutio confirmatur *in Ordin. Proc. tit. 42. §. penult.* his verbis: **Ferner ſoll das jenige / was auff des Verſtorbenen Schuldeners Begräbnis / und in ſeiner Kranckheit der Artzney halben auffgewand / vermöge gedachter Conſtitution vergnüget.** Per has expenſas funebres non aliæ autem intelligendæ ſunt, qvàm illæ, qvæ in ipſius Debitoris funus erogatæ ſunt, ob verba textus: **Was auff des Verſtorbenen Schuldeners Begräbniß** &c. Et ita in uxoris funus & liberorum Debitoris expenſæ factæ in concurſu liqvidari non poſſunt, qvamvis ad expenſas funebres veſtes etiam pertineant lugubres, qvæ etiam uxori debentur ex Bonis Debitoris, nec non liberis & conjunctis Perſonis, **das jenige / was an Flor und Schleyer Ehren halben an Begräbnis außgetheilet wird** / Pro cujusqve loci conſvetudine. In genere verò hùc referri poſſunt omnis generis ſumptus, qvi ad honeſtum funus reqviri ſolent, *L. funeris ſumptus 37. ff. Religioſ. & ſumptib. Funer.* Huc pertinet pretium loci, ubi Defunctus humatus eſt, **die Grabeſtellen / der Sarck** &c. Qvod ſi tamen immodicæ factæ ſint impenſæ funebres, qvæ magis faciunt ad pompam, qvàm ad honeſtatem, tunc moderationem admittunt Judicis.

*Sumptus omnes ad honeſtum Funus facientes debitoris.*

*Immodicæ expenſæ Funebres Judicis moderationi ſubmittuntur.*

Not. 7. *Medicamenta in curando morbo debitoris adhibita.*

Not. 7. Impenſis Funebribus accenſentur etiam *medicamenta in curandô morbô* Debitoris Defuncti adhibita, ob verba noſtræ Conſtitutionis: **Was auff des Verſtorbenen Schuldeners Begräbnis / und in ſeiner**

Kranckheit der Artzney halben auffgewandt / Quæ verba repetuntur in *ord. Proc. tit. 42. §. pen.* Ferner ſoll &c. Huic Sententiæ Juris Saxonici conformis qvoqve eſt Diſpoſitio Juris Civilis in *L. 4. C. de Petitione Hæredit.* cujus hæc ſunt verba: *In reſtituendâ hæreditate compenſatio ejus habebitur, qvod te in mortui infirmitatem, inqve ſumptum funeris bonâ fide, ex proprio tuo patrimonio erogaſſe, probaveris. Mollerus ad hanc Conſtitut. n. 27.* hùc non malè refert *Medicorum & Chirurgorum* ſalaria & honoraria, ſine qvorum ope ægrotus curari non potuit. Per morbum autem Debitoris non omnis intelligendus eſt, qvô laboravit defunctus, ſed qvi proximè illius mortem anteceſſit, vel qvem mors Debitoris ſecuta eſt, neqve verô alii ſumptus hôc privilegio gaudent, qvàm qvi in curatione Debitoris fuerunt erogati, non etiam in curando morbo *Uxoris vel Liberorum. Carpz. part. 1. Conſt. 28. def. 44.*

*l. 4. C. de Pet. hæred.*

*Medicorum & Chirurgorum Salaria.*

*Morbus Debitoris ille intelligitur, qvi proximè mortem præceſſit.*

Not. 8. Tandem in primâ claſſe illi Creditores collocantur, qvi nomine publicô, tanqvam Magiſtratus, vel perſonæ publicæ â bonis Debitoris *collectas, tributa,* vel *alia onera realia* petere poſſunt, qvæ pro cujusqve regionis & Provinciæ conſvetudine variant, Schos / Steuer / Contribution / allgemeine Anlagen / refert huc *Ordin. Proc. §. penult.* etiam *Decimas, Reditus annuos, onera realia,* qvæ bonis immobilibus Debitoris inhærent, & deſtinata ſunt Salariis miniſtrorum Eccleſiæ & Scholarum, verba textus hæc ſunt: Deßgleichen Schos / Steuer / und was auff den Gütern / zu Beſoldung der Kirchen und Schuldiener / oder andern milden Sachen zu entrichten / als Decem, Item / Jährliche Zinſen von wiederkäufflichen Haupt-Summen / und dergleichen onera

Not. 8. *Collectæ, Tributa, Onera Realia.*

*Decima, Annui reditus, Salaria ad pias cauſas.*



rea-

realia, vor andern Schulden / und denn das Erbegeld bezahlt werden. Receditb hâc in cauſâ Jus Saxonicum à Diſpoſitione Juris communis, qvô Magiſtratus in bonis ſubditorum tacitam habent hypothecam, ſed tamen ſine Jure prælationis. *L. 1. C. in qvibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur.* Ubi *Imperator Antoninus* ita ſentit: *Univerſa bona eorum, qvi cenſentur, vice pignorum tributis obligata ſunt.* De Jure autem Saxonico Electorali tributa & Exactiones publicæ in primâ claſſe præ omnibus aliis Creditoribus exſolvenda ſunt; Verba *Ord. Proc. §. penult.* perſpicua ſunt: Vor andern Schulden. Inde fit, ut Jure Saxonico ratione collectarum & tributorum Magiſtratui non præferatur creditor, qvamvis hypothecam ſibi comparaverit in bonis Debitoris antè illius collectæ Impoſitionem. Neqve verò intereſt, num *collectæ* ſint *ordinariæ* vel *extraordinariæ*, num *Magiſtratus Superior* vel *inferior*, modo Jus collectas exigendi & tributa imponendi habeat. *Carpz. ad hanc Conſtit. def. 50.* ad hanc claſſem qvoqve refert pecuniam, qvæ impenditur in executionem adverſus bona Debitoris, Germanicè das Hülff-Geld / ad ſimilitudinem illarum expenſarum, qvæ ad concurſum promovendum faciunt, de qvibus jam ſupra dictum eſt.

*De jure Civili Tributa habent Tacitam hypothecam, non jus Prælationis, uti jure Saxonico.*

Hülff-Geld.

Not. 9. Coronidis loco in prima claſſe Creditorum illi annectuntur, qvi ex bonis Debitoris *Pecuniam* petere poſſunt hæreditariam. In Conſtitutione noſtrâ vocatur das Erbegeld / qvæ pecunia hæreditaria oder das Erbe Geld pluribus deſcribitur *in §. ult. Ord. Proc. tit. 42. his verbis:* Es wird aber ErbeGeld vornehmlich und propriè diß genant / was man der Erben einem aus gemeiner Hæredität / vor oder nach beſchehener Theilung / zu

*Not. 9. Pecunia hæreditaria* Erbegeld.

*Explicatur vocabulum* Erbegeld *qvid denotet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0045-2

zu ſeinen Antheil heraus zugeben ſchuldig iſt / doch ſoll es gleichwohl nicht minders / und ungeachtet / der Widrigen Meynung etlicher Rechts-Lehrer / die wir hiemit aus gewiſſen Bedencken verworffen haben wollen / auch von dem Gelde verſtanden werden / welches man von einem verkaufften Gute / von Jahren zu Jahren / in weniger und geringer Anzahl abzulegen / und ins gemein / licet minùs propriè, Erbegelde zu nennen pfleget. Ad meliorem intellectum hujus textus notandum eſt, antehâc inter *Doctores Saxonicos* maximam fuiſſe controverſiam ventilatam, circa Appellationem vocabuli Erbgeld / & pleriqve pecuniam hæreditariam ſtrictè ſaltem illam vocarunt, qvam hæres cohæredi è bonis hæreditariis immobilibus pro ſuâ portione diſtinctis terminis ſolvendam debet, illiqve ſoli Jus prioritatis tribuerunt, non etiã illi pecuniæ, qvæ paſſim ab aliis Emptoribus rerum immobilium ſolvi ſolet, Auff Tagezeit / Nonnulli autem Doctores indiſtinctè pecuniam ex emptione reſiduam, Auff Tagezeiten / pecuniæ hæreditariæ per omnia compararunt, ſimileqve Jus prioritatis dederunt, qvas varias & diverſas *Doctorum Saxonicorum* Sententias prolixè recenſet *Daniel Mollerus in Comment. ad hanc Conſtitut. n. 29. 30. & ſeqq.* Hæc controverſia ſopita & deciſa eſt â Sereniſſ. Legiſlatore JOHANNE GEORG. I. in Ord. Proc. tit. 42. §. ult. cujus verba antea allegavimus, qvæ verba cum perſpicua ſatis ſint, ulteriorem interpretationem deſiderare non videntur. Et hi ſunt illi Creditores, qvi in primâ claſſe ſolutionem debiti exigere poſſunt. Seqvitur nunc

*Diſſenſio JCtorum Saxonicorum circa vocabulum* Erbegeld.

*Deciſio quæſtionis in Ord. Proc. tit. 42. §. ult.*

## CLASSIS SECUNDA.

Not. 10. *Uxor vel Vidua Debitoris ratione Dotis Omnibus præfertur Creditoribus expreſſam anteriorem hypothecam non habentibus.*

Not. 10. Diximus ſupra in CLASSE SECUNDA illos eſſe locandos Creditores, qvi una cum Jure Reali vel hypotheca certum aliqvod Jus prioritatis vel privilegium habent, cujꝰ vigore omnibus aliis Creditoribus præferendi ſunt welche neben der Dinglichē Gerechtigkeit oder Verpfåndung / ex perſonali privilegio eine Prioritæt und Vorzug haben. In hàc CLASSE SECUNDA primum locum occupat *Uxor Debitoris vel vidua ratione DOTIS, & præfertur omnibus Creditoribus aliis*, wegen ihres eingebrachten EheGeldes/oder HeyrathGutes. Interpretes Juris Civilis Romani hanc ſententiam Juris Saxonici approbant, & *Bartolus, Bulgarus, Ripa, Coraſius, Alexander* & alii hanc ſententiam æqvitati conſentaneam vocant, ut mulier ratione dotis illatæ præferatur omnibus Creditoribus, qvi expreſſam anteriorem hypothecā non habent, qvam etiā defendunt *ex L. 12. C. qvi potior. in pign. habeantur.* Qvâ Lege *Imperator Juſtinianus* varias cauſas & rationes allegat hujus privilegii ratione Dotis mulieribus conceſſi, qvod nempè *reſpiciendum ſit ad fragilitatem muliebrem, & qvod maritus & corpore, & ſubſtantia & omni vita uxoris fungatur, qvod tota ſubſtantia mulierum in Dote conſtituta ſit, & hoc Privilegium non* ſolum extendit ad res *Dotales* adhuc *extantes*, ſed etiam ad illas, qvæ qvocunqve modô vel *diſſipatæ vel conſummatæ ſint*, modò re ipsâ marito fuerint datæ & illatæ. Addit porrò *Juſtinianus* hanc rationem: *Qvis enim earum non miſereatur propter obſeqvia, qvæ maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorum procreationem* &c. ibidemqve non diſtingvit, *num liberos*

*Rationes Privileg i dotis ex Jure Civili deſumpta variæ.*

*habe-*

*habeat mulier, ſive ab initio non habuit, ſive progenitos amiſit.* Ob has & alias rationes Juſtinianus Imperator mulieri ratione dotis, tacitam donavit hypothecam, & potiora Jura conceſſit contrà omnes mariti Creditores, licet anterioris ſint temporis privilegio vallati, qvæ verba, cum generalia ſint, ideòqve nonnulli *JCti* & Interpretes Juris Civilis, *Jaſon, Martini, Antonius Gvibertus* & alii ſtatuunt, qvod mulier ratione dotis in bonis mariti præferenda ſit omnibus Creditoribus, qvamvis expreſſam & anteriorem hypothecam habentibus, qvod illa Lex generaliter loqvatur, nullâ adhibitâ Diſtinctione. Cæterum hæc Controverſia & diſſentiens opinio Doctorum ſublata & deciſa eſt à Sereniſſ. Legislatore Saxonicô *in Ord. Proc. tit. 43. in pr. cujus verba*, hic integra apponere lubet: Die Eheweiber haben zu Recht/wegen ihres eingebrachten EheGeldes/ oder Heyrath Guts/ nicht allein eine ſtillſchweigende Verpfändung in ihrer Ehemänner Güter / ſondern auch daneben ex perſonali privilegio ein ſolch Jus Prælationis, daß ſie damit denen Gläubigern / die vor ihnen ſtillſchweigende Verpfändung erlangt / aber gleichwohl nicht den jenigen / ſo zuvorn ausdrücklich Pfandrecht haben/vorgehen/darüm ſollen ſie auch ihres Heyrath-Guts/ ſo viel ſie deſſen erweiſen können / vor allen andern Gläubigern ſo nicht ältere außdrückliche hypothecas haben/befriediget werden. Vel ex hôc unicô ſolô textu Juris Saxonici ſatis manifeſtum eſt, qvantum lumen acceperit Jus civile Romanum ab Interpretibus Juris Saxonici ſeu potius Conditoribus & Legislatoribus Saxonicis, qvi unicè eò laborarunt, ut interpretum Juris civilis diſſenſiones in unam redigerentur conſonantiam.

*Ex Privilegio Juſtiniani l. 12 C. qvi Pot. in Pig. Mulier ob Dotem indiſtinctè omnibus præfertur Creditoribus.*

*Deciſio Legislatoris Saxonici in Ord. Proc. tit. 43.*

Not. 11.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0048-9

*A qvo tempore Mulier præferatur reliqvis Creditoribus?*

Not. 11. Cæterum cum Jure Saxonico diſpoſitum ſit, ut mulier ratione dotis præferenda ſit aliis Creditoribus, qvi expreſſam hypothecam anteriorem non habent, qvæſtio moveri poterat, à qvò tempore vel mulieris ratione dotis, vel etiam Creditorum priorem hypothecam habentium Jus currere incipiat? Et hæc qvoqve qvæſtio deciſa eſt in Ord. Proc. tit. 43. §. 1. ubi ſtatuitur, qvod tempus, qvo mulieri prælatio præ reliqvis Creditoribus conceditur, computandum ſit, à tempore *conſummati matrimonii & factæ copulationis ſacerdotalis*, Ipſa verba textus hæc ſunt: Welch der Weiber Recht / vermöge gedachter Conſtitution, von der Zeit der vollzogenen Ehe / und wenn der Kirchgang / oder copulation geſchehen / ſeinen Anfang gewinnet / uñ derowegen alleine die außdrücklichen Verpfändungen / welche vor ſolcher Zeit hergegangen / für älter geachtet werden ſollen.

*℞. à tempore conſummati Matrimonii per Copulam Sacerdotalem.*

Not. 12. *Illatio dotis probanda eſt.*

Not. 12. Qvæ tamen de prioritate & privilegio mulieris ratione Dotis illatæ hactenus dicta ſunt, intelligenda ſolum veniunt de eô caſu, qvando illatio Dotis, qvod facta ſit, probari poteſt, qvod ipſum innuunt verba noſtræ Conſtitutionis: Und nach dieſem ſoll des Schuldners EheWeib / mit ihren eingebrachten Gut / ſo viel ſie das erweiſen kan / allen andern Gläubigern / ſo nicht ältere außdrückliche Verpfändung haben / vorgezogen werden. Poterit hic applicari diſtinctio Doctorum in Dotem *cautam vel promiſſam*, *vel confeſſatam & numeratam*, qvæ diſtinctio probari poteſt ex *tit. C. de dote cauta, non numerata*, ubi notabilis eſt *L. 1.* cujus verba hæc ſunt: *Dotem numeratio, non ſcriptura Dotalis inſtrumenti facit, & ideò non ignoras ita demum te ad petitionem Dotis admitti*

*Dos alia Cauta eſt vel promiſſa alia numerata.*

*ri poſſe, ſi dotem à te re ipsâ datam probatura es.* Fit inde, ut ſola confesſio mariti illationem dotis non probet, qvamvis vidua producat chirographum mariti, in qvô ille confitetur, ſe ab uxore accepiſſe dotem, ſed neceſſe eſt, ut probet, ſe eam verè marito dediſſe. Qvod ipſum *Carpzovius* ad hunc qvoqve caſum extendit, qvamvis mulier in ſupplementum jurare velit. Qvæ ſententia tamen variis in caſibus limitatur, ut pote, ſi reliqvi Creditores credita non aliter probent, qvàm ſolâ confesſione Debitoris, ſi res ſit mulieri cum hæredibus mariti, ſi maritus dotem à tertio acceperit, non parentibus Uxoris, ſi unico teſte probari posſit numeratio Dotis, & qvi alii caſus ſunt, qvos recenſet *Carpzovius* ad hanc Conſtitutionem *def. 76. 77. & ſeqq.*

*Sola Mariti Confesſio illationem dotis non probat.*

*Limitationes.*

Not. 13. Et qvantum qvidem DOTEM mulieris concernit, illa ſi illata probetur omnibus aliis Creditoribus, qvi expreſſam antiqviorem hypothecam non habent, præferenda eſt, ſed qværitur porro, qvid dicendum ſit de aliis Bonis mulieris, qvæ Dotis naturam non habent, ſed qvæ citrâ Dotem inferuntur â mulieribus ad maritos ſuos, qvæ Græco nomine vocantur *Paraphernalia*, cujusmodi bona Germanicè vocantur, des Weibes Einbringen/ uti Dos vocatur, eine MittGifft vel etiam Heyraths Gut/ uti *Carpzovius* ad hanc *Conſtit.* def. 87. pluribus oſtendit, ſub Appellatione des Heyrath Guts non comprehendi Bona paraphernalia. Ejusmodi Bona mulieris, qvamvis reverâ illata probentur, *tacitam qvidem habent hypothecam in Bonis Debitoris, ſed jure prælationis non gaudent.*

Not. 13. *Bona Mulieris alia præter Dotem ut Paraphernalia tacitam hypothecam habēt, nullum Jus Prælationis.*

Qvæ res tunc maximè dubiô caret, qvando mulier certam Dotem Viro conſtituit, reliqva verò ipſi ſibi cuſto-

dienda & adminiſtranda retinuit, qvod ex mente *Molleri ad hanc Conſtitutionem n.37.* rarum qvidem eſt, ſed tamen contingens & poſsibile. Sed opus non eſt ex interpretibus Juris Civilis hanc Controverſiam ejusqve deciſionem petere, ſed ipſemet *Legis lator Saxonicus in Ord. Proc. tit. 43. §. 2.* De Bonis Paraphernalibus mulierum ſeqventi modo diſponit: Was die Eheweiber ihren Månnern über das EheGeld zubringen / deſſelben halben / wenn es verändert / und nicht mehr vorhanden / haben ſie allein ein ſtillſchweigend unterpfand / aber kein Jus Prælationis, darům werden ſie deſſen alleine der Zeit Ordnung nach / vergnůget / wie bald von andern Gläubigern / ſo Dinglich Recht haben / vermeldet wird. Es wäre dann ihr zugebracht / eigenthůmlich Gut noch unverändert vorhanden / dann alsdann mögen ſie ſich deſſen / wie oben gemeldet / vor allen andern Gläubigern halten. Da ſie aber ihren EheMännern was leihen wůrden / haben ſie ſolches Anlehens halben / in deſſelben Gůtern kein Dinglich Recht / ſondern wo ſie ihnen deßwegen keine Pfand Verſicherung machen laſſen / werden ſie unter die andern gemeine Gläubiger gerechnet. Ex hoc textu ſeqventes Concluſiones formari poterunt (1) qvod bona, qvæ præter Dotem à mulieribus inferuntur, ſi alienata ſint, & amplius non extent, tacitam ſaltèm hypothecam operentur in bonis mariti, nullum verò Jus prælationis, ſed à tempore illationis præferantur aliis Creditoribus, qvi Jus reale habent in Bonis Debitoris. (2) Qvod ſi ejusmodi paraphernalia adhuc extent, neqve alienata ſint à marito, tunc Jure Dominii repeti poſſunt, prout diximus de illis Perſonis, qvæ Jure Dominii vindicant res ſuas in con-

*Concluſiones Juris Saxonici*

1.

2.

concurſu Creditorum. 3. Mutuum verò à muliere marito datum in concurſu Creditorum jus reale non habet, ſed ſi mulieri hôc caſu nulla hypotheca conſtituta ſit, illud ſolvendum eſt in claſſe communium Debitorum, & ultima chirographariorum. 3.

Not. 14. Et hæc, qvæ dicta ſunt, obtinent, ſi certa Dos ſit conſtituta, tunc illa Bona mulieris, qvæ ultrà Dotem à muliere illata ſunt, appellantur *paraphernalia*, qvæ non perinde, ut Dos, jus prælationis habent præ aliis Creditoribus, ſed tacitam ſaltem hypothecam, uti modô eſt dictum, Anceps vero & valde dubia eſt qvæſtio, qvid ſtatuendum, *qvando dos certa nulla eſt conſtituta, num tunc bona mulieris cenſeantur eſſe Dotalia, an verò paraphernalia?* Hæc qvæſtio acriter diſputata fuit in utramqve partem à *JCtis Saxonicis*, qvos recenſet *Mollerus* ad hanc *Conſtit. n. 38. & ſeqq.* Alii nempè ſtatuerunt, nullâ Dote conſtitutâ bona mulieris magis cenſeri paraphernalia. Alii contrà in dubio ob favorem Dotis omnia eſſe bona mulieris Dotalia ob generalem textum Conſtit. noſtræ, ubi hæc habentur verba: Und nach dieſem ſoll des Schuldners Ehe-Weib mit ihren eingebrachten Gut/ſo viel ſie dieß erweiſen kan/allen andern Gläubigern/ſo nicht ältere außdrückliche Verpfändung haben/vorgezogen werden. Qvæ Qvæſtio cum valdè dubia ſit, ſcrupulô non caret, unde jam ſuo tempore Mollerus exoptavit in hâc tam controverſâ qvæſtione Conſtitutionem qvandam Electoralem vel declarationem Legislatoris, qvamvis ipſe fatetur, illorum Doctorum opinionem, qvi ſtatuunt, Dote non conſtitutâ Bona mulieris potius eſſe *paraphernalia, qvam Dotalia*, ita, ut ratione illorum mulier habeat qvi-

Not. 14.
*Q. Num dote nullâ Conſtitutâ bona Mulieris illata ſint Dotalia an Paraphernalia?*

dem tacitam hypothecam, non verò Jus prælationis. *Hartmann. Piſtor. Obſ. 46. n. 2.* ſtatuit, qvod ſi de Bonis mulieris tempore contracti matrimonii certa fuerit inita conventio, etiamſi Dotis mentio haud fuerit facta, ea Dotis nomine illata cenſeantur, argumentatur inde *Carpzovius Part. 2. Conſtit. 16. def.* 11. Qvod ſi de bonis nihil dictum, ſed ſimpliciter matrimonium contractum fuit, tunc bona mulieris in dubio non *Dotalia, ſed paraphernalia* cenſeri, addit rationem, qvia Conſtitutio Dotis facti eſt, qvæ in dubio non præſumitur, niſi probetur, exiſtimant tamen nonnulli *JCti, Thomingius, Hartmannus Piſtoris* & alii in favorem Dotis admitti conjecturatam aliqvam probationem, vel aliqvalem Conſtitutionis præcedentis præſumtionem, qvorſum referunt, ſi traditio vera acceſſerit à Parte mulieris, ſi maritus illa, tanqvam propria poſſederit & uſurpaverit, vel etiam ſi bona, cum in finem mulieri donata vel legata, ut eſſent ei in dotem, vel ipſi ſolverentur cum nuberet: *L. 71. § Titio genero. ff. de Condition. & Demonſtr.*

Not. 15: *Donatio propter Nuptias & Dotalitium qvomodo differant?*

Not. 15. Dicendum nunc eſt de Donatione propter nuptias & DOTALITIO, vom Gegenvermächtniß oder Leibgeding / numne & hæc bona mulieris, qvæ hôc titulo poſſidet, Jure prælationis gaudeant? Et illa duo vocabula, DONATIO PROPTER NUPTIAS, das Gegen-Vermächtniß / & DOTALITIUM Das Leib Geding confundenda non ſunt, cum reverà ab invicem differant. Patet hæc differentia ex ipſis verbis noſtræ Conſtitutionis, In dem Gegenvermächtniß aber / hat ſie ſich dißfals der prioritæt, den Gläubigern zu Nachtheil / nicht anzumaſſen / jedoch was der Leibgeding halben verordnet / bleibet in Würden und Kräfften. Nec etenim ſolum

verbis differunt, dum *Donatio propter nuptias vocatur*, ein Gegenvermächtnis / Dotalitium autem ein Leibgeding / Eſt nempè Donatio propter nuptias nihil aliud, qvam qvod â marito datur Uxori, ut illud unà cum Dote poſt mortem mariti ſibi acqvirere & habere poſſit, & videtur eſſe qvaſi aliqva donatio remuneratoria, qvæ mulieri conceditur i-deò, qvia Dotem marito intulit. Dotalitium autem, oder ein Leibgeding / vocatur illud bonum, qvod pro Dote ita conceditur mulieri à maritô ut illud poſt mortem mariti habeat & eo utatur fruatur, & in Illuſtribus perſonis ejuſ-modi Dotalitium in re immobili, prædio vel fundo, wenn ein Fürſt ſeiner Gemahlin / einige Aembter / Städte oder Dörffer / an ſtat ihres eingebrachten Heygerath-Guts einreumet / und übergiebt / daß ſie ſolches auch nach Abſterben des Fürſten / ſo lange ſie unverheyra-thet bleibet / nutzen und genieſſen könne. Differunt ita-qve Donatio propter nuptias & Dotalitium (1.) Qvod Donatio propter nuptias debeatur mulieri unà cum ipsâ Dote, Dotalitium autem regulariter abſorbeat Dotem & qvaſi in Dotis locum ſurrogetur, ut ei Dos videatur im-mixta, niſi aliud inter maritum & uxorem convenerit. Pertinent huc verba *Conſtit. 42. part. 2.* Von der Frauen Mitgifft und Einbringen.

*Donatio propter Nuptias* Gegenvermächtnüs.

*Dotalitium* Leibgeding.

(1.) *Differentia prima.*

Unſere Räthe / Facultäten und Schöppenſtüle hal-tē es richtig und unzweiffelhafftig ſeyn / weñ einer Frau-en ein Leibgeding aufgerichtet und beſtätiget worden / welches ſie auch beliebet und angenommen / daß dage-gen ihr Mitgifft und Einbringen verleſche und abgehe / da aber derowegen wie es zu halten / gewiſſe pacta und

Vereinigungen auffgericht / dieſelbige müſſen zuförderſt in acht genommen und darauff geſprochen werden. (2.) In eô qvoqve differunt *Dotalitium* & Donatio propter nuptias, qvod Donatio propter nuptias, das Gegen-Vermächtnis / ſingulari Prioritatis privilegio non gaudeat, præ reliqvis Creditoribus, ob verba noſtræ *Conſtitutionis:* Jn dem Gegen-Vermächtnis aber / hat ſie ſich dißfalls der Priorität / den Gläubigern zu Nachtheil / nicht anzumaſſen. Et proinde mulier, qvæ ob Donationem factam propter nuptias â marito expreſſam inſuper hypothecam non habet in bonis mariti, inter chirographarios omninò eſt referenda, ratio eſt, qvod in petendâ donatione propter nuptias mulier certet de lucro captando, propter dotalitium autem mulier pari Jure gaudet cum ipſa Dote, & ita cum illi Dos immixta ſit, ut anteà dictum, in bonis mariti hypothecam non ſolum tacitam habet, ſed etiam Jus prioritatis præ omnibus aliis Creditoribus, qvi antiqviorem & expreſſam hypothecam non habent. Et hæc qvidem, qvæ de Prioritate vel Donationis propter nuptias, vel Dotalitii dicta ſunt, perſpicuè magis traduntur, *in Ord. Proc. tit. 48.* §. *4. & 5.* Ubi Sereniſſ. Legislator ita diſponit: So viel denn das Gegen-Vermächtnis anlanget / weil bißhero aus vielbemelter Conſtitution der Zweiffel vorgefallen / ob die Weiber derentwegen allein die Priorität / ſo ſie ex Perſonali privilegio, oder zugleich auch die ſtillſchweigende Verpfändung haben / und aber / was den Eheweibern zu gute in Rechten hierin verordnet / nicht Gewins halben / ſondern vornehmlich zu dem Ende angeſehen / daß ſie bey dem ihrigen erhalten werden. Die tägliche Erfah-

*(2.) Differentia Secunda.*

*Ord. Proc. tit. 43. §. 4.*

fahrung auch gnugſam giebt/ wie mit vieler Leute groſſen Schaden und Nachtheil es zugehet / wenn die Eheweiber neben dem eingebrachten Gute das GegenVermächtnis vor andern Gläubigern hinweg nehmen. So wollen wir / wenn ein Mann bey ſeinem Leben in Unglück und Schulden gerathen / und ſeine Haab und Güter zu Bezahlung derſelben nicht zureichen würden/ daß die Eheweiber ihres GegenVermächtnis halben mit den andern gemeinen Gläubigern / die ſonſt keine Verpfändung haben / in gleichen Recht ſtehen / und neben denenſelben / wie ſichs nach Anzahl eines ieden Schulden gebühret / befriediget werden ſollen. Es wäre denn ein Weib dieſes Gegen-Vermächtnis halben durch eine außdrückliche Verpfändung beſtändiglich verſichert worden/ auff welchen Fall ſie deſſen von der Zeit an / da ſolche Verſicherung auffgerichtet / billich genöſſe / alſo auch / wenn einem Eheweibe ein Leibgeding beſtändiglich verordnet / wird ſie bey demſelben / und wie es bißhero hiemit in unſern Landen gehalten worden / auch nicht unbillich gelaſſen. Qvo ipſo textu Ord. Proc. duplex illa Qvæſtio videtur eſſe deciſa, qvàm inter ſeſe *JCti Saxonici*, & Interpretes noſtræ Conſtitutionis moverunt circa Donationem propter nuptias, qvarum (1.) fuit prima, *Num mulier Donationem propter nuptias petens omnibus indiſtincte Creditoribus poſtponenda ſit, etiam Chirographariis?* (2.) Altera hæc fuit: *Num mulier ob donationem propter nuptias inſtar bonorum parapbernalium tacitam habeat hypothecam, qvamvis non gaudeat jure prælationis?* Et primam Qvæſtionem qvod attinet, illi occaſionem dedit Conſtitutio noſtra, qvæ ge-

*Duplex Qvæſtio JCtorum Saxonicorum circa Donationem propter Nuptias.*
*1. Q.*
*2. Q.*

generaliter videtur loqvi de Donatione propter nuptias, & ita generaliter intelligenda, cujus verba hæc ſunt: **In dem GegenVermächtnis aber/ hat ſie ſich dißfalls der Prioritåt/ den Glåubigern zu Nachtheil / nicht anzumaſſen.** Ex qvibus verbis poterat concludi, Donationem propter nuptias omnibus Creditoribus poſtponi debere. Alteram autem *Qvæſtionem* decidere illis placuit *ex L. 12. aſſiduis.* C. *qvi potior. in pign.* ubi finalia hæc ſunt verba: *Hæc autem tantum ad Dotem ſancimus, non ante nuptias Donationem, qvam ſuo tempori ſervire diſponimus. Mollerus* ad hanc *Conſtit.* ex hôc textu ita argumentatur: *Vult igitur textus ille, ex qvo Conſtitutio haud dubiè deſumta eſt, qvantum ad donationem propter nuptias, mulieres eodem jure, non deteriori, cenſeri debere, cum aliis Creditoribus, ita, ut qvi hypothecam anteriorem habent ſive tacitam ſive expreſſam, mulieribus in ea donatione præferantur, qvi poſteriores tempore ſunt, illis poſtponantur, qvod & gloſſ. tradit art. 22.* **Weichb.** *concl. 4.* ubi formulam ſententiæ ipſius tempore hôc in caſu uſitatæ refert his verbis: **Hierauff gehet nun ein Recht / die Frau gehe mit ihrer Morgengabe vor allen Schulden / die ihr Mann auff dem Gut gemacht habe / (nach der Morgengabe) denn ſie niemand daran gehindern möge. Von Rechts wegen.** Et fruſtrà qvidem inter creditores ſui temporis ordinem habituræ tanqvam hypothecariæ eſſent mulieres, ſi ſine diſcrimine omnibus in hâc Donatione poſtponendæ eſſent, & ſic etiam Chirographariis, inter qvos temporis ratio nulla habetur, hoc pacto enim non ordinem ſui temporis haberent inter Creditores, ſed ex eô contra expreſſam Legis diſpoſitionem ejicerentur. Duplex hæc qvæſtio,

qvæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0057-9

qvæprolixè tractatur à Mollero ad hanc Conſtitutionem *n. 47. 48. 49. ſeqq. à Sereniſſ. Legislatore* JOH. GEORG I. *in Ord. Proc. tit. 43. §. 4. & 5.* eſt deciſa & declarata, uti patet ex textu anteà à nobis allegato.

*Deciſio utriusqve Qvæſtionis in Ord. Proc. tit. 43.*

Not. 16. Præfertur itaqve mulier vigore tacitæ hypothecæ & in ſimul Juris prælationis, non ſolum ratione *Dotis*, ſed etiam *Dotalitii* omnibus Creditoribus anteriorem hypothecam non habentibus, & qvamdiu ipſi ſatisfactum non eſt, *jus retentionis* habet in omnibus bonis mariti tàm feudalibus, qvam Allodialibus, expreſsè hoc diſpoſitum eſt in Conſt. 25. Part. 2. ubi Legislator his utitur verbis: Allein / wo ſichs begebe / daß des Schuldeners Weib von den Erbgütern / oder Hinterſtandt des Kauffgeldes nicht könte vergnügt werden / ſie auch zuvorn nicht beleibdinget / ſo ſoll ihr alsdenn vor allen andern Gläubigern / die keine ältere außdrückliche Verpfändung erlanget / ihr Mitgifft / ſo viel ſie der zubeweiſen / wieder erſtattet werden / wie denn auch die Frau / ſo lange das Jus retentionis in den Lehengütern / und ihrer Unterhaltung haben ſoll / biß ſie des ihren vergnüget / welches alles unſer Hoffgerichte / Juriſten / Facultäten und Schöppenſtüle auch alſo ſprechen und erkennen ſollen.

Not. 16. *Uti ratione Dotis ita qvoq; Dotalitii mulier præfertur Creditoribus anteriorem expreſſam hypothecam non habentibus. Jus Retentionis mulier habet ob dotem & dotalitium in bonis Mariti etiam Feudalibus.*

Not. 17. Jus autem hoc Retentionis nimium extendendum non eſt, neqve concedenda mulieri eſt in bonis mariti unà cum Jure retentionis etiam adminiſtratio bonorum, niſi conſentientibus Creditoribus, qvod ſi igitur invitis illis ſe adminiſtrationi immiſcuerit, rationem illius reddere debet, perinde, ac ſi adminiſtraverit conſentientibus Creditoribus. *Mevius part. 3. dec. 255. Brunn.*

Not. 17. *Jus Retentionis habet mulier in bonis mariti ob dotem &c. non adminiſtrationem.*

*ad L. 25. §. 1. ff. ſoluto matrimonio. Carpz. part. 2. conſt. 25. def. 13. & 14.* Cæterum à qvô tempore mulier in bonis mariti tacitam habeat hypothecam, tàm ratione dotis, qvàm Dotalitii, pluribus exponit Sereniſſ. Legislator *Part. 2. Conſt. 24.* Von welcher Zeit der Weiber Privilegium tacitæ hypothecæ, ſo ihnen wegen ihrer Mittgifft gebühret / anfangen ſoll.

*Tempus tacitæ hypothecæ in bonis Mariti currit Mulieri à die Nuptiarum.*

Ob wohl in Rechten Zweiffel fürfället / von welcher Zeit an das Privilegium tacitæ hypothecæ, ſo ein Eheweib wegen ihrer zugebrachten Mitgifft in ihres Mannes Gütern hat / anfangen ſolle. So haben ſich doch unſere Verordnete verglichen / daß von Zeit der vollnzogenen Ehe / und alſo / wenn der Kirchgang geſchehen / ſolches Privilegium Dotis ( iedoch wenn die Mitgifft follgends oder zuvor wircklich einbracht/und daſſelbe beweiſet wird ) ſeinen Anfang haben und gewinnen ſoll / darnach unſere Gerichte hinfüro zu ſprechen haben.

Not. 18. *Ceſſat Privilegium Mulieris.*

( 1. ) *Qvando dolosè Marito obærato dotem intulit.*

*Nov. Dec. VI. Dolus probandus Mulieris.*

Not. 18. Privilegium autem hoc, qvod mulieri datur in Dote & Dotalitio, qvo præfertur aliis Creditoribus anteriorem hypothecam expreſſam non habentibus, ceſſare videtur, qvando mulier marito jam obærato in fraudem creditorum Dotem intulerit & ſolverit, cum deceptis ſaltem, non decipientibus fœminis jura ſubveniant *L. 2. §. 2. ff. ad SCtum Vellejanum.* Deciſio tamen *Electoralis Saxonica* Noviſſima Sereniſſ. JOHANN GEORGII II. VI. reqvirit, ut hic dolus mulieris â Creditoribus expreſsè probetur, qvi ſi probari non poteſt, mulier qvamvis ſciverit, ſe obærato marito nupſiſſe, tamen privilegio ſuo fruitur, & illata ſua, ut anteà dictum

repe-

repetere poteſt, qvæ Conſtitutio Nova cum deroget Juri communi, meritò hic integra alleganda eſt: Ob ein Weib/ ſo einen mit vielen Schulden behafftetẽ Mann wiſſentlich heurathet/ ſich des Juris Prioritatis vor andern Gläubigen zu erfreuen? Hierinnen haben unſere Juriſten/ Facultäten und Schöppenſtüle wieder ein ander geſprochen/ in dem dieſe dafür gehalten/ daß ein ſolch Weib/ ſo einen mit vielen Schulden beſchwerten Mann wiſſendlich heyrathet/ und ihr Eh-Geld ihme/ ungeachtet ſeines ſchlechten kümmerlichen Zuſtandes würcklich zugewendet/ wegen ihrer Wiſſenſchafft und vermutheten Leichtſinnigkeit / keines Privilegii würdig/ noch der Rechte/ ſo ſonſt denen Weibern zu gut verordnet/ und aufgeſetzet/ fähig wäre: Jene aber die wiedrige Meynung / daß dergleichen Weib ihr eingebracht Ehe-Geld iederzeit wieder erlangen/ und ihres Vorzugs-Rechts genieſſen ſolle/ bißhero behauptet/ in Erwegung/ ſie zur Zeit der Verehelichung mehr auf die Perſon/ als deſſen Güter/ Vermögen und Unvermögen geſehen/ auch die Rechte nicht vermuthen/ daß iemand/ weniger ein Weib / ſich ihrer zuſtehenden Weiblichen Gerechtigkeit und Rechts-Wolthaten/ ohne ausdrückliche Erklärung / verzeihe und begebe/ oder bey einer ſolchen Verhelffung dolosè handelte. Wie wir nun die letztere Meynung / aus denen hierbey mit einlauffenden Umſtänden / und andern erheblichen Urſachen/ billicher befunden: Als ordnen/ ſetzen und wollen wir / daß hinführo die Weiber / ungeachtet ihnen bewuſt geweſen/ daß ihre Eh-Männer vor der Verehlichung in Schulden ſich vertieffet / ihrer Privilegien

 nichts

nichts deſto weniger zugenieſſen / und ihr Einbringen in der Ordnung / darein ſie die Rechte ſetzen / zu fordern befugt ſeyn und bleiben ſollen. Es könte und wolte dann der Gläubiger wieder ein ſolch Weib den vorſetzlichen Betrug und gebrauchte Gefährde ausführen / damit würde er billich gehöret / dem andern Theil aber die gegen Nothdurfft vorbehalten.

Not. 19. *Ceſſat Privilegium Mulieris ſi juri ſuo renunciaverit.*

Not. 19. Præterea Jus prælationis mulieris ratione Dotis & Dotalitii qvoqve ceſſat, qvando mulier favori pro ſe introducto renunciavit, qvod licet de Jure Civili *L. 41. ff. de minor. L. pen. C. de pactis. L. 11. C. ad SCtum Vellei. L. 21. Jubemus. C. eod.* Et qvamvis Jure Novellarum illa renunciatio restricta ſit ad illum ſaltem caſum, ſi mulieri ex ſubſtantiâ mariti aliàs Dos ſalva ſit *Nov. 61. c. 1.* In foro tamen Saxonico renunciatio mulieri indiſtinctè nocet, etiam ſi maritus alia bona non habeat. *Carpz. part. 2. Conſt. 16. def. 12.* Reqviritur tamen ad hanc renuntiationem mulieris de Jure Saxonico (1) ut certioretur mulier de privilegiô ſuô, qvod ipſi indultum eſt in *SCtô Vellejanô* (2) Mulier majorennis ſit & Curatoris accedat autoritas. (3.) *Fiat juramento*, qvæ omnia reqviſita prolixè recenſentur in *Part. 2. conſtit. 16.* de cujus Conſtitutionis Explicatione ſuô locô & ordine plura dicemus. Hic ſaltem illud à nobis notandum eſt, JCtos Saxonicos in explicatione allegatæ *Conſtitionis 16. part. 2.* diſcrepantes habuiſſe opiniones, alii enim exiſtimarunt, pro jurata renuntiatione illam habendam eſſe, qvæ in inſtrumento vel judicialiter facta ſit hiſce formalibus, **bey dem Wort der ewigen Warheit und an Eydesſtatt /** alii putarunt validam renunciationem non eſſe, niſi addantur hæc verba: **So wahr mir GOtt helffe** *Carpz. part. 2. Conſt.*

*Reqviſita Renunciationis Mulieris (1) Certioretur de SCti Vellejani privilegio (2) Majorennis ſit & Curatoris conſenſu fiat. (3) Sit Jurata, Diſſentientes Opiniones Dd. circa explicationem Conſt. 16. part. 2.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0061-1

*Conſt.16.def.6.* Qvibus dubitationib9 JCtorum Saxonicorum ſuccurrere voluit *Sereniſſ. Legiſlator JOHANN. GEORG. II. In Nov. Dec. 25.* qvæ cum elegans ſit, & ad illuſtrandam hanc materiam de renuntiatione mulierum juratâ valdè conducat, illius verba integra hic allegare placet; cum nova qvaſi ſit Declaratio Conſtitutionis *16. part. 2.* cujus modò mentionem fecimus. In rubrica hæc præponitur Qvæſtio. Ob in unſern Landen in denen Fällen/ davon einem Weibe die Interceſſio und Verzicht anderer Geſtalt nicht/ als vermittelſt Eydes beſtändig geſchehen mag / dieſelbe gnüglich geachtet werden ſoll / wenn ſie in dem darüber aufgerichteten Inſtrument, oder auch vor Gerichte / bey dem Wort der ewigen Warheit / ſolches beſtätiget? Ipſa Deciſio Qvæſtionis hiſce verbis continetur: Hierinnen ſind die Rechts-Lehrer abermahl ungleicher Meynung/ theils halten dafür/ daß weiln in unſer Conſtitution 16. p. 2. Dißfalls keine gewiſſe Formul des Eydes vorgeſchrieben / auch ſonſten die wirckliche Leiſtung mit Aufhebung der Finger / und dergleichen euſſerlichen Ceremonien de formâ eſſentiali nicht erfodert werde / die Clauſul: An Eydes ſtadt / und bey dem Wort der ewigen Warheit: Eines wahren Eydes Krafft und Wirckung haben ſolle. Andere aber widerſprechen dieſer Meynung und erfordern einen Cörperlichen Eyd / wie derſelbe in Reichs-Abſchieden mit den Worten: Als mir GOtt helffe / und ſein heiliges Wort; vorgeſchrieben / und wollen keines weges vorangeführte Wort einem geleiſteten Eyd gleich achten / damit nun auch dieſer Diſputat aufgehoben/ und allerhand daraus entſtehender Ungelegenheit vorgebauet werde. So ordnen/

*Deciſio Elect. Nov. 25.*

ſetzen und wollen Wir / daß hinführo die renuntiationes, Verzichte und dergleichen von denen Weibs-Perſonen / ſo ſie ratione dotis & donationis propter nuptias vel dotalitii vor ihre Männer leiſten / anderer Geſtalt nicht / als durch einen Cörperlichen Eyd mit denen Worten: So wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort: Gerichtlichen und zwar auf vorgehende gnugſame Erinnerung und Certioration, was ihre Verzicht und weibliche Gerechtigkeit / und das Beneficium SCti Vellejani in ſich habe / und wie es verſtanden werde / in Beyſeyn ihrer kriegiſchen Vormunde / nebenſt gebührlicher Verwarnung geſchehen / und anders nicht gehalten werden ſolle.

Not. 20. *Alii caſus qvibus Mulier privilegio nõ gaudet in Cõcurſu Creditorum.*

Not. 20. Præter hos duos caſus, nempe qvando mulier doloſè marito obærato dotem intulit, vel legitimè privilegio ſuo renunciavit, dantur adhuc alii caſus, qvibus mulier hôc privilegiô uti non poteſt, referunt hùc Doctores præcipuè, ſi mulier cum maritô communem negotiationem exercens debita ſimul contraxerit. *Carpz. part. 1. Conſt. 28. def. 83.* Vel etiam ſi uxor tale aliqvid commiſerit, qvô ſe indignam privilegio reddidit. Carpzovius hunc refert caſum, ſi culpâ mulieris maritus ad inopiam redactus, vel ob luxuriam, vitam inhoneſtam, vel peſſimam rei familiaris adminiſtrationem, ſi maritum malitioſè deſeruerit, gravi morbo laborantem neglexèrit, multò magis, ſi marito ejusqve vitæ inſidias ſtruxerit, & qvæ aliæ ſunt cauſæ, qvæ Judicis arbitrio ſunt committendæ.

Not. 21. *Gerada. MorgenGaba Mustheil qvomodo*

Not. 21. Et hactenus vidimus, qvomodo mulier ratione *Dotis & Dotalitii, Donationis propter nuptias, & bonorum parapphernalium* in concurſu Creditorum in Secundâ

Claſſe

Claſſe aliis Creditoribus præferatur. Reſtat, ut videamus, qvid dicendum ſit de *GERADA mulieris, item de MORGENGABA & Cibariis Domeſticis*, von der Weiblichen Gerade/ Morgengabe und Mußtheil? Et de hiſce bonis mulieris Sereniſſ. Legislator in Ordin. Proc. §. 6. Ita diſponit: Und weil hierbey offtmals der Gerade/ Morgengabe und Mußtheils halben Zweiffel vorfället/ wie es mit demſelben zu halten. So laſſen wir geſchehen/ daß die Ehe-Weiber/ wann ihre Männer in Schulden gerathen/ auch bey Leben derſelben/ der Gerade/ wie es bißhero bräuchlich geweſen/ vor allen andern Gläubigern vergnügt werden/ aber die Morgengab und Mußtheil ſollen ſie/ weil ſie de lucro captando, die Creditores aber/ de damno vitando, laboriren, in ſolchen Fällen/ da des Mannes Güter zu Bezahlung der Schulden nicht zureichen/ weder bey ſeinen Leben/ in caſu vergentiæ ad inopiam, noch auch nach ſeinen Todte/ zufodern haben/ welches wir auch von des Mannes Schafen/ ſo ſonſten zur weiblichen Gerade mit gehörig/ verſtanden haben wollen.

*repeti poſſint in CONCURSU.*

Not. 22. Qvod *GERADAM* attinet, cum illa ad Dominium Uxoris pertineat, ita, ut nec maritus in illa, durante matrimonio, uſumfructum habeat, dubitandum non eſt, qvin illa in concurſu Creditorum à muliere & uxore Debitoris Jure Dominii repeti & vindicari poſſit, ita qvidem, ut in primâ claſſe præ omnibus aliis Creditoribus illi ſit reſtituenda. Anteà enim dictum fuit, qvod illi creditores, qvi Jure Dominii rem repetere poſſunt, omnibus aliis Creditoribus ſint præferendi, etiam extranei. Qvidni

*Not. 22. GERADA jure Dominii ab Uxore in primâ claſſe repeti poteſt.*

ergò

ergò Uxor in bonis mariti hôc privilegio gaudere debeat, ſi vindicet GERADAM nullô Jure, neqve Dominii, neqve Uſusfructus ad bona mariti pertinentem. Et militat pro hoc Jure ratio civilis, qvod rei vindicatio actionibus perſonalibus & hypothecariis ſit præſerenda. Verba *Ordin. Proc. tit. 42. in pr.* ſatis perſpicua hâc in re ſunt ſeqventia: Deßgleichen wann etwa ein Weib von ihren Freunden etwas ererbet / oder es wäre den Kindern / erſter und anderer Ehe / von ihren zuvorn verſtorbenen Eltern / oder andern ihren Freunden / angeſtorben / und ſolch ſtück Guts / das ihnen zugehöret / noch verhanden / und in Summa / ſo offt einer das / was ihm eigenthümlich zuſtehet / fordert / es belange gleich bewegliche oder unbewegliche Güter / ſoll es ihm vor allen andern Gläubigern zugeſtellet werden / weil es wider alle Billichkeit / daß ſich die Gläubiger / nicht von ihres Schuldeners / ſondern fremden Gut bezahlt machen ſolten.

Not. 23. Not. 23. Secus ſe res habet in *Morgengabâ & Cibariis domeſticis*, Morgengabe und Mußtheil / qvæ mulier ſolô titulô lucrativô ex hereditate mariti petit. Quæ bona omnibus Creditoribus etiam Chirographariis poſtponenda ſunt. Cum iniqvitate enim qvâdam conjunctum eſt, ut mulier, qvæ certat de lucrô captando, præferatur Creditoribus aliis, qvi ſaltem contendunt de damno vitandô, videtur Legislatoris ſententia juſtiſſima, qvandô in *Ordin. Proc. tit. 43.* ita diſpoſuit hâc de re: Aber die Morgen-Gabe und Mußtheil ſollen ſie / weil ſie de lucro captando, die Creditores aber de damno vitandô laboriren / in ſolchen Fällen / da des Mannes Güter zu Bezahlung der Schulden nicht zureichen / weder bey ſeinem Leben /

*Morgengaba & Muſtheil mulieris Chirographariis etiam poſtponitur.*

in

in caſu vergentiæ ad inopiam, noch auch nach ſeinem tode zu fodern haben. Qvæ res cum dubio non careat amplius, expedita ſatis eſt.

Not. 24. Illa Qvæſtio adhuc paucis ventilanda eſt: *Num Statuto, qvò diſpoſitum, ut pupillorum debita omnibus Creditoribus præferantur, præjudicium fiat privilegio mulieris, de qvo jam dictum, qvod illa gaudeat ratione Dotis illatæ?* Et hæc qvæſtio Jure Saxonicô noviſſimô ſeqventi modô deciſa eſt à *Sereniſſ. Electore JOH. GEORG. II. in Nov. Dec. V.* cujus verba hæc ſunt: Ob durch ein ſtatut, darinnen verordnet / daß der Unmündigen Forderung allen Gläubigern fürgehen ſolle/der Eheweiber ihr Vorzugs-Recht wegen ihres eingebrachten Ehe-Geldes aufgehoben wird? Not. 24. *Q. Num Statuto induci poſſit ut Pupilli præferantur Mulieri in dote?* *N. Deciſ. No. V.*

Welcher Geſtalt die Ehe-Weiber zu recht / wegen ihres eingebrachten Ehe-Geldes oder Heyrath Guts/ nicht allein ein ſtillſchweigend Unterpfand in ihrer Ehe-Männer Güter / ſondern auch darneben ex Perſonali privilegio ein ſolch Jus Prælationis haben / daß ſie damit auch denen Gläubigern / die vor ihnen ſtillſchweigende Verpfändung erlanget / vorgehen / iſt in unſerer Gerichts-Ordnung deutlich enthalten. Ungeachtet nun an ein und andern Ort / durch ein confirmirtes und publicirtes general ſtatut denen Unmündigen zum beſten verſehen wäre / daß ihre Forderung allen Gläubigern vorgehen ſolte. So haben es doch unſere Verordnete dahin verſtanden / daß bemeltes ſtatutum keines weges auf der Weiber eingebracht Ehe-Geld / ſo im Rechten ſonderlich privilegirt, zu deuten ſey; welche Meynung wir auch hiemit approbiren/ und wollen / daß ſich unſe-

re Hofgerichte/ Juriſten-Facultäten und Schöppen-Stüle/in urtheln und ſprechen hinfüro allerdings darnach richten und achten ſollen. Illud tamen ſingulare circà Debita pupillaria Jure qvoqve Saxonicô noviſſimô introductum eſt, ut ſi concurſus Creditorum naſcatur in bonis Tutoris, tunc pupilli non ſolùm ratione ſortis, ſed & uſurarum aliis Creditoribus præferendi ſunt, ſi Tutor bona pupillaria in uſum ſuum converterit, ita qvidem, ut qvamvis reliqvi Creditores ne qvidem ipſam ſortem capiant, attamen qvoad ſortem & uſuras præferendi ſint omnibus aliis Creditoribus. Elegans hâc de re extat *Dec. Nov. IX. cujus hæc ſunt verba:* Ob in concurſu Creditorum denen Unmündigen/neben dem Capital auch die Zinſen/ in der zu rechtgeſatzten Ordnung zu bezahlen ſeynd?

*Pupilli in bonis Tutoris præferuntur Omnibus Creditoribus ratione Sortis & Uſurarum.*

*Dec. Nov. IX.*

Durch die unmündigen Kinder Zinſen/ werden an dieſen Orte keine andere Zinſen Verſtanden/ als diejenigen/ wenn ein Vormund ſeines Mündleins Geld in ſeinen Nutzen wendet/ oder fahrläſſiger weiſſe bey ſich behält und nicht ausleihet/ auch bey noch wärender Vormundſchafft/und ehe er ſich derſelben wircklich entbrochen ein Curcurſus zu des Vormunds Vermögen ſich ereugnet. Wann nun ſolcher Geſtalt ein Unmündiger bey ſeinem Vormund Capital und Zinſen zu fodern/ ſo ſollen hinfüro/ weil die Zinſen nicht ex mutuo, ſondern aus der verwalteten Vormundſchafft herrühren/ an ihm ſelbſt privilegirt ſeyn/ und dem Unmündigen/ damit derſelbe nicht in Schaden komme/ als ein Intereſſe gebühren/ beydes zugleich in eine Claſſe und Ordnung/ wenn auch die andern Gläubiger ihre Capitalien nicht erlangen/ angeſetzt und bezahlt werden.

Simi-

Simile privilegium, de qvo dictum modo eſt, qvod illud conceſſum ſit pupillis in bonis tutoris ſui, præ aliis concurrentibus Creditoribus ratione ſortis & uſurarum, conceſſum qvoqve eſt Jure Saxonicô noviſſimô *Eccleſiis*, *Scholis*, *Univerſitatibus*, *Stipendiatis & Hoſpitalibus*, qvibus uſuræ, vel intereſſe unà cum ſorte in concurſu Creditorum exſolvendæ ſunt, qvamvis reliqvi Creditores nondum accipere poſſint ſolutionem ipſius ſortis. Promulgata hanc in rem eſt *Deciſio Nova IIX.* qvæ ſeqventi modô diſponit: Ob denen Kirchen / Schulen / Univerſitäten / Stipendiaten / und Hoſpitalien die Zinſen / ehe und zuvor die andern Gläubiger ihrer Capitalien befriediget / gereichet werden ſollen?

*Eccleſiæ, Scholæ, Univerſitates, Stipẽdiati Hoſpitalia Omnibus Creditoribus præferuntur tam ratione Sortis qvam Uſurarum. Dec. Nov. VIII*

Es iſt in dem Torgauiſchen Ausſchreiben und neuen Gerichts-Ordnung zwar verſehen / daß / wenn des Schuldeners Güter nicht zu reichen / von hergeliehenen Geldern / biß ſo lange die Gläubiger aller ihrer Capitalien vergnüget / keine Zinſen bezahlet werden ſollen / weiln aber denjenigen Schulden / ſo Kirchen / Schulen / Univerſitäten / Stipendiaten und Hoſpitalien zuſtehen / als piis cauſis, der Vorzug billich zu gönnen / dieſelben auch nach der Rechts-Gelehrten Meynung / ihre Zinſen nicht als Zinſen / ſondern als intereſſe zufordern; Hiernechſt ohne daß die gemeinen Rechte den Gläubigern ihre Capitalia nebſt denen Zinſen vor andern nachfolgenden Haupt-Stämmen in gewiſſer Ordnung vergnügen laſſen. So ſoll ihnen ſolches intereſſe, nebſt denen Capitalien, wenn auch gleich andere nachgeſetzte Gläubigere ihrer Haupt-Summen nicht vergnügt werden können / hinfüro abgeſtattet / iedoch ſolches al-

kein auf erblich und Allodial-Güter verſtanden werden.

Not. 25. Fiſcus in Secundâ Claſſe Mulierem ſubſeqvitur.

Not. 25. Porrò in *SECUNDA CLASSE MULIEREM* ratione *DOTIS & DOTALITII* ſecundum *Ord. Proc. Saxon.* ſubſeqvitur & comitatur *FISCUS.* De Jure Civili Romano ad Imperatorem vel ſummum principem Jus fiſci ſpectabat, *t. t. ff. & C. de Jure Fiſci*, unde de Jure Feudali *Jus Confiſcationis* inter *REGALIA* vel reſervata Imperatoris numeratur, *cap. un. qvæ ſint Regalia. 2. F. 56.* Imperiô autem ad Germanos translato ejusmodi *Regalia*, & inter illa qvoqve *Jus Fiſci*, vel ex conceſſione Imperatoris & Inveſtitura, vel præſcriptione ad Principes & alios Status Imperii ſunt translata. *Paurmeiſt. de Jurisd. Rom. Lib. 2. cap. 4. n. 42.* Donec tandem conſvetudine Germaniæ civitates & alii Magiſtratus merum Imperium habentes Juribus Fiſci uſi ſunt, *Peregrinus de Jure Fiſci lib. 2. p. 2. c. 1. n. 56. Mævius ad Jus Lubec. l. 2. t. 2. n. 58. &c.* Unde prædictâ conſvetudine Germaniæ non amplius differre videtur *fiſcus ab ærario*, ſed utrumqve vocabulum *pecuniam denotat ad uſus Reipubl. deſtinatam Struv. ad tit. ff. de Jure fiſci. Exerc. 50. th. 32.*

*Jus Fiſci ad qvem hodiè ſpectet?*

*Fiſcus ratione Tributorum Collectarum in PRIMA,*

Præſenti loco nobis ſaltem diſpiciendum eſt, qvale Privilegium in concurſu Creditorum Fiſcus vel pecunia uſibus publicis deſtinata habeat? Diſtingvenda hic ſunt debita, qvibus Debitor Reipubl. vel Magiſtratui obligatus eſt. Qvod ſi enim *Tributa* vel *Collectæ* ſint, vel ſalariis piarum Cauſarum deſtinata, tunc ejusmodi debita in PRIMA CLASSE ſunt ſolvenda, de qvâ re jam anteà dictum eſt. Qvod ſi verò Fiſcus cum Debitore contractum inierit, tunc poſt uxorem Debitoris in hâc CLASSE SECUNDA Debitum ei exſolvendum eſt præ omnibus aliis Creditoribus, qvi anteriorem & expreſſam hypothecam

*2. Ratione Contractus initi in SECUNDA*

non

non habent, ob tacitam hypothecam & privilegium etiam in illis bonis, qvæ Debitor poſt initum contractum accepit, in qvibus illis qvoqve, qvi anteriorem hypothecam habent Fiſcus præferendus eſt. (3.) Qvod ſi verò pœna qvædam Debitori dictitata ſit a Fiſco, vel ob crimen aliqvod commiſſum Fiſco debeatur, tunc Fiſcus Jure prælationis non gaudet, ſed ſolum habet tacitam hypothecam in bonis Debitoris ab illo tempore, qvo ipſi pœna fuit dictitata, & debito ordine inter hypothecarios collocandus eſt; Qvæ omnia perſpicuè traduntur *Ord. Proc. tit. 43.* §. 7. cujus verba hæc ſunt: Desgleichen ob wohl der Fiſcus, wenn er mit einem contrahiret/ oder einer ihm ſonſten ſchuldig wird/ neben der ſtillſchweigenden Verpfändung das Privilegium, daß er nicht allein den andern Gläubigern/ ſo keine andere ältere Verpfändung haben/ vorgehen/ ſondern auch in den Gütern/ welche der Schuldener/ nachdem er mit ihme contrahiret/ überkommen/ denen/ welche ältere ausdrückliche Verpfändung erlanget/ vorgezogen wird/ ſo hat doch ſolch Jus Prælationis in dem verwirckten Straffen nicht ſtat/ ſondern es muß ſich der Fiſcus mit der ſtillſchweigenden Verpfändung/ von der Zeit an zu rechnen/ da einer in die Straffe vertheilet worden/ ſeiner Ordnung nach/ unter den Hypothecariis contentiren laſſen.

*3. Ratione pœnæ Debitori dictitatæ in Claſſe Tertia inter illos qvi tacitam habent hypothecam eſt collocandus*

Not. 26. Poſt Fiſcum in SECUNDA CLASSE illi Creditores locandi ſunt de Jure Saxonico, qvi Debitori ad ædificationem, refectionem domûs, vel alterius rei immobilis pecuniam mutuò dederunt, Hi tacitam non ſolum habent hypothecam in bonis Debitoris, ſed etiam privilegium, qvod reliqvis Creditoribus expreſſam hypothecam anti-

Not. 26. *IN SECUNDA CLASSE (5) Locandi* CREDITORES *qvi ad ædificationem*

*vel refectionē Domꝰ aliqvid erogarunt.* antiqviorem non habentibus præferuntur, niſi tales ſint Creditores, qvi præter hypothecam etiam perſonale habent privilegium. Ut tamen hoc procedat, duo concurrere debent reqviſita, (1) ut in obligatione vel Chirographo expreſſe mentio fiat, hunc in finem Pecuniam à Creditore Debitori mutuò eſſe datam. (2.) Ut probetur ædificationem vel refectionem fuiſſe neceſſariam. Perſpicuè hæc traduntur *in Ord. Proc. tit. 43. §. 8.* Wann auch einer dem andern zu Erbauung / Beſſerung und Erhaltung eines Hauſes / oder andern Guts Vorſtreckung gethan / auch daß es zu dem Ende geſchehen / in der Obligation ausdrücklich gemeldet hätte / und erweißlich wäre / daß es eine Nothdurfft / und die Ædes ruinoſæ geweſen / ſo hat er derowegen auf demſelben Guthe / neben der ſtillſchweigenden Verpfändung ein Privilegium, daß er denen / welchem des Schuldeners Güter zwar ausdrücklich verpfändet / mit der Zahlung vorgehet / iedoch woſern dieſelben nicht auch daneben ein Perſonale Privilegium haben. Et hæc Diſpoſitio Juris Saxonici etiam rationibus & legibus Civilibus fundata eſt, *publicè nempe intereſt, ut ædificia exiſtant integra, nec civitatis facies, ruinis deformetur, neqve dirutis ædificiis publicus deformetur aſpectus. L. 2. C. de ædificiis privatis.* Intereſt etiam ipſorum Creditorum, hypothecam, qvam in Bonis Debitoris habent, integram manere & ſalvam. Pertinent huc verba *L. 5. ff. Qvi Potior. in Pign.* ubi *Ulpianus* his utitur verbis: *Interdum poſterior potior eſt priori utputa ſi in rem iſtam conſervandam impenſum eſt, qvod ſeqvens credidit, veluti ſi navis fuit obligata, & ad armandam eam rem, vel reficiendam ego credidero.* Pergit *Ulpianus* de hoc argumen-

Margin notes: *Reqviſita (1)* … *(2)* … *Rationes Juris Civilis.* … *l. 5. ff Qvi pot. in pig.*

mento *L. 6.* his verbis: *Hujus enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam, qvod poterit qvis admittere, & ſi in cibaria nautarum fuerit creditum, ſine qvibus navis ſalva pervenire non poterat. Item ſi qvis in merces ſibi obligatas crediderit, vel ut ſalvæ fiant, vel ut naulum exſolvatur; potentior erit, licet poſterior ſit. Nam & ipſum naulum potentius eſt. Tantundem dicetur, & ſi merces horreorum, vel areæ, vel vecturæ jumentorum debetur. Nam & hic potentior erit.* Ex his textibus Juris Civilis & aliis probare volunt Doctores, illos, qvi peccuniam vel aliqvid pecuniæ ſimile v. c. merces &c. ad rei alicujus conſervationem dederunt, illis præferendos eſſe Creditoribus, qvi etiam anteriorem habent hypothecam. Fit inde, ut Interpretes Juris Saxonici hoc privilegium prælationis, non ſolum illi concedant, qvi *pecuniam numeratam ad ædificationem vel refectionem domûs* mutuò dederunt, ſed etiam *alias res* v. c. *ligna, lapides, aliamqve materiam ædificationi & refectioni ædium congruam*, dum ipsò Jure Civili Romanò pecuniæ verbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omninò *pecuniam, hoc eſt omnia corpora L. 178 ff. de Verb. ſignif.* & in *L. 224.* Hermogenianus JCtus ita ſentit: *Pecuniæ nomine non ſolum numerata pecunia: ſed omnes res, tam ſoli, qvàm mobiles, & tam corpora, qvam Jura continentur.* Ita qvoq; per vocabulum Vorſtreckung *in Ord. Proc. tit. 43. §. 8.* non ſolum pecunia intelligenda eſt numerata, ſed & qvælibet alia res & materia, qvæ ad ædificationem & refectionem domus eſt neceſſaria.

*l. 6. ibid.*

*Pecuniæ verbum generale eſt & corpora complectitur vel alias res. l. 224. & 178. ff. d. V. S.*

Not. 26. Poſt uxorem Fiſcum & pecuniam vel alias res ad ædificationem & refectionem datas, tandem in *SECUNDA* qvoqve *CLASSE* locanda erit pecunia mutuò data

Not. 26. *PECUNIA ad Venditionem Domus vel rei*

*immobilis data in SECUNDA CLASSE Solvenda eſt.*

data Debitori ad venditionem domus vel alterius cujuſpiam rei immobilis, ita qvidem & hâc conditione, ſi ſibi hypothecam in ejusmodi domo vel re emptâ reſervaverit, & qvidem anteqvam hanc pecuniam mutuò dederit. Patet hoc ex *Ord. Proc. tit. 43. §. 9.*

Alſo wenn einer den andern zu Erkauffung eines Haußes / oder andern Guts / Geld darleihet / mit dem Bedinge / daß ihm ſolch erkaufft Gut darum zum Unterpfande ſtehen ſoll / derſelbe hat auf dem Guth eben das Recht / was bey dem Nechſten Artickel gemeldet.

Not. 27.

Not. 27. Et hi ſunt jam illi Creditores qvi in SECUNDA CLASSE collocandi ſunt, & qvi ratione privilegiorum ſuorum omnibus illis, qvi ejusmodi privilegia unà cum Jure reali non habent, præferendi ſunt. Et ſi qvidem hi ipſi inter ſe concurrant, nemo alteri ratione privilegii ſui præferendus eſt, qvi anteà Jus reale fuit conſecutus, ſed ſolummodo reſpiciendum eſt ad Jus reale, qvod qvilibet habet, ideoqve pro temporis & ordinis ratione, qvando nempè aliqvis ejusmodi Jus reale conſecutus fuit, anteferendus, vel poſtponendus eſt, qvod ſi verò non conſtet, qvodnam Jus reale inter Creditores antiqvius ſit in hôc dubio (1) *Uxor ratione Dotis illatæ.* (2.) *Pupilli.* (3.) *Fiſcus* ſolutionem ſuam accipiunt, ſeqventes autem contrà alios privilegio uti non poſſunt, ſed ſibi invicem comparantur. Sereniſſ. Legislator in *Ord. Proc. tit. 43. §. 9. 10. & 11.* ita diſponit hac in re: Und die in dieſem Titul erzehlte Gläubiger werden / vermöge ihrer Privilegien, allen denienigen / welche dergleichen Privilegia, neben der dinglichen Gerechtigkeit / zu recht nicht haben / dergeſtalt / wie bey einen iedern gemeldet wird / vorgezogen.

Wenn

Wenn ſie aber mit einander concurrirten/hat ſich keiner wieder den andern ſeines Privilegii, zu Nachtheil deſſen/ der zuvorhin eine dingliche Gerechtigkeit erlanget / zugebrauchen / ſondern es wird allein auf das dingliche Recht / welches ſie haben / geſehen / und derowegen der Zeit und Ordnung nach/ wenn einer nach dem andern ſolch Recht überkommen / befriediget. Wenn man aber keine Nachrichtung haben kan / welches dingliche Gerechtigkeit unter denen Gläubigern älter ſey/ ſoll in ſolchen Zweiffel erſtlich daß Ehe-Weib / ihres eingebrachten Ehe-Geldes / folgends die Mündlein / und zum dritten der Fiſcus ſeiner Schuld bezahlet werden / die folgenden aber haben ſich ihres Privilegii wider andere privilegirte Perſonen nicht zugebrauchen/ ſondern werden einander gleich gerechnet. Circà hunc textum duo adhuc explicanda ſunt dubia, qvæ in illo occurrere videntur, qvorum primum eſt *in* §. *ult.* in verbis folgends die Mündlein / und zum dritten der Fiſcus. Ex his verbis poterat concludi, pupillis datum eſſe privilegium prælationis præ fiſco, cum tamen in præcedentibus illorum nulla facta fuerit mentio, ſed (1) Locetur uxor, ratione Dotis & Illatorum ſuorum. (2) Hanc ſeqvatur Fiſcus. (3) Pecunia vel res alia ad ædificationem & refectionem domus data. (4) Pecunia mutuò data, ad emptionem domus vel rei cujusdam immobilis. Ut ita errorem commiſiſſe videatur Legislator, qvi Fiſco pupillos præfert. Ipſe etiam Legislator in Epilogo tit. 43. his verbis: Und die in dieſem Titul erzehlte Gläubiger werden/ vermöge ihrer Privilegien allen denenienigen ꝛc. aſſerit, ſe in hâc claſſe

*Qvâ ratione Pupilli Fiſco præferantur?*

*Dubia varia.*

 ſal-

ſaltem loqvi de illis Creditoribus, qvi in præcedentibus allegati erant, inter qvos autem Pupilli non ſunt. Accedit, qvod Pupilli in bonis Tutorum Jus Prælationis non habeant præ reliqvis Creditoribus, ſed tacitam ſaltem hypothecam pro reſiduo pupillari, uti poſtmodum dicemus de Creditoribus, qvi in TERTIA CLASSE conſtituuntur, *ex ord. Proc. tit. 45. §. 1.* Unter andern haben / wie obgemeldet / vornemlich die Ehe-Weiber / derer Güter halben / welche ſie über das Ehe-Geld ihren Männern zubringen / eine ſtillſchweigende Verpfändung ohne Privilegium, desgleichen die Kinder in ihres Vatern / und die Mündlein in ihrer Vormünden Vermögen / wegen ihrer Güter / ſo ſie adminiſtriren. Et qvamvis anteà à nobis dictum ſit, qvod ſecundum *Deciſionem Nov. 9.* in concurſu Creditorum Pupillis in bonis Tutoris Debitum Pupillare ſolvendum ſit unà cum ſorte, uſuris, & aliis acceſſionibus, non attentô, num reliqvi Creditores ſortem capere non poſſint, benè tamen ponderanda ſunt verba rubricæ illius Deciſionis, ubi dicitur: in der zu recht geſatzten Ordnung. Uti etiam in verbis finalibus his: zugleich in eine Claſſe oder Ordnung. Ex qvibus manifeſtum eſt Pupillis in hâc Deciſione aliud Privilegium datum non eſſe, qvam qvôd in tertiâ Claſſe inter Creditores, qvi tacitam hypothecam habent, illis conceſſum eſt, ſunt ergò hæc verba legaliter intelligenda. *Carpz. part. 1. Conſt. 28. def. 63.* *Textum Ord. Proc. tit. 43. §. ult.* ita explicat: Qvod ſi in dubio verſemur, nec ſciri qveat, cujus hypotheca atqve Jus Reale ſit anterius, primô locô vult poni Illuſtriſſ. Legislator uxorem ratione Dotis, poſteà *Pupillum, qvi forſan ad refectionem domus mutuam dedit pecuniam*, & demum Fiſcum,

*Interpretatio Textus & ſenſus qvomodo Pupilli Fiſco præferantur Carpzovii.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46908-p0075-9

Fiſcum. Et ita mens Carpzovii hæc eſt, pupillum hunc præferri Fiſco, non eatenus, qvatenus tacitam habet hypothecam, ſed qvatenus mutuam dedit pecuniam ad refectionem vel emptionem ædium. Et hanc ſententiam *Carpzovii* ſeqvitur etiam *Berlichius. Concl. 65. n. 156.* Alterum dubium in eo conſiſtit, qvid intelligendum ſit per ſeqventes Creditores vel verba finalia hæc: Die folgende aber haben ſich ihres Privilegii wider andere Privilegirte Perſonen nicht zugebrauchen / ſondern werden einander gleich gerechnet. *Carpzovius* iterum per reliqvos Creditores intelligit illos, qvi ad emendam & conſervandam domum pecuniam mutuarunt, qvod illi omnes in ordine æqvaliter ſint locandi.

*Qvid per Reliqvos Creditores intelligat Legislator.*

## CLASSIS TERTIA.

*TERTIA CLASSIS.* Not. 28.

Not. 28. Ad hanc *TERTIAM CLASSEM* in concurſu referuntur illi *CREDITORES*, qvi ſolum *JUS REALE* habent: Die Gläubiger / welche allein ein dinglich Recht haben. Horum Creditorum iterum ſunt QVATUOR SPECIES. Ex mente enim *Sereniſſ. Legislatoris in Ord. Proc. tit. 44. JUS REALE* qvatuor potiſſimum modis acqviritur (1.) Si Jura & Leges alicui tacitam hypothecam in bonis Debitoris tribuant, verba ipſius textus hæc ſunt: Das dingliche Recht / welches die Gläubiger haben / wird vornemlich auf viererley weiſe erlanget / denn etlichen geben die Rechte eine tacitam Hypothecam, oder ſtillſchweigende Verpfändung / wann gleich hiervon nichts abgeredet oder bedinget iſt / von welchen zum theil in vorgehenden geredet worden. (2.) Acqviritur *JUS REALE* per *EXPRESSAM HYPOTHECAM* vel *GENERALEM*

*Qvatuor Species CREDITORUM Qvi jus Reale habent.*

*1. Tacitam hypothecam habentes.*

*2. EXPRESSAM Hypothecam habentes vel*

